

Calixt III.**Hic incipiunt regule Cancellarie domini Calixti pape tertii^a**

^a Hic – tertii *Sevilla* 5; *Augsburg* 238 Constitutiones C[alixti pape tertii]; *Padova* 64 Regule Cancellarie sanctissimi domini nostri Calixti pape 3; *Sevilla* 7 Regule pape Calixti tertii

1.**PROHEMIUM^a.**

Sequuntur reservationes, revocationes, constitutiones, ordinationes^b et regule, que utilitate rei publice suadente ac pro norma et modo dandis in rebus agendis^c per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Calixtum papam III^d in crastinum assumptionis eius ad summi apostolatus apicem videlicet, die octava^e aprilis anni a nativitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto^{f1}, facte et edite fuerunt et quas ex tunc suo tempore duraturas inconcusse servari voluit, ac postmodum post coronationis sue sollemnia de eius mandato ego Iohannes² episcopus Zamorensis etiam de ipsius mandato Cancellariam apostolicam regens tam in ipsa Cancellaria quam in Audientia publica litterarum contradictarum mandavi et feci publicari, die XXII^g aprilis pontificatus ipsius domini nostri anno primo³.

¹ 1455 April 8.

² Johannes de Mella.

³ 1455 April 22.

^a Prohemium VL 12102

^b ordinationes fehlt VL 12102

^c ac pro – agendis fehlt Firenze 64

^d III Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7 tertium

^e octava VL 12102 VIII; VL 12102 folgt mensis

^f millesimo - quinto VL 12102, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7 MCCCCLV

^g Sevilla 5 folgt mensis

2.

In primis reservationes fecit similes illis, que in constitutione felicitis recordationis Benedicti pape XII, que incipit „Ad regimen”¹ continentur, et^a illas^b locum habere voluit, etiamsi officiales in eadem constitutione expressi ante obitus eorum apostolice sedis officiales esse desierint, quoad beneficia, que tempore, quo^c officiales erant, obtinuerant, ac reservavit

¹ = Benedikt XII. Nr. 35.

beneficia^d, que per constitutionem pie memorie Iohannis pape XXII, que incipit „Execrabilis”², vacare contigerit.

² = Johannes XXII. Nr. 67B.

^a et Padova 64 ad; fehlt Sevilla 5

^b illas Sevilla 5 illis

^c quo Augsburg 238 suo; Sevilla 5, Sevilla 7 folgt sic

^d que tempore – beneficia fehlt Padova 64

3.

RESERVAT ECCLESIAS CATHEDRALES ET METROPOLITANAS AC PATRIARCHALES^a VALENTES ULTRA CC FLORENOS AURI DE CAMERA SECUNDUM COMMUNEM EXTIMATIONEM^b.

Item specialiter reservavit provisiones omnium^c ecclesiarum cathedralium et^d metropolitana-
narum ac patriarchalium^e et quorum fructus etc. ultra ducentos^f florenos auri de Camera
secundum communem extimationem valeant annuatim monasteriorum, quotiens huiusmo-
di reservationibus uti voluerit.

^a patriarchales Sevilla 7 parr.

^b Reservat – extimationem Sevilla 7

^c omnium fehlt Padova 64

^d et Firenz 64 etiam

^e Sevilla 7 folgt et parochialiumque

^f ducentos Firenze 64, Sevilla 7 CC

4.

RESERVAT DIGNITATES MAIORES POST PONTIFICALES AC PRINCIPALES IN COLLEGIATIS ECCLESIIS^a.

Item reservavit generaliter dispositioni sue omnes dignitates maiores post pontificales in
cathedralibus et metropolitaneis ac principales in collegiatis ecclesiis nec non prioratus,
preposituras^b et prepositatus^c ac alias dignitates conventuales et preceptorias generales
ordinum quorumcumque, sed non militiarum, nec non quecumque beneficia, que sui^d ac
sancte Romane ecclesie viventium nunc^e, et qui erunt suo^f tempore, cardinalium familiares
continui commensales obtinent et in posterum obtinebunt^g eorum familiaritate durante et in
quibus seu ad que eis tunc ius^h competit autⁱ competierit, etiamsi ab ipsa familiaritate per
obitum cardinalium eorundem vel alias recesserint.

^a Reservat - ecclesiis Sevilla 7

^b preposituras VL 12102 prestimonias

^c prioratus - prepositatus Padova 64 prioratus et preposituras

^d sui Padova 64 sue

^e nunc Firenze 64 omnes

^f suo Padova 64 pro

^g et in posterum obtinebunt *fehlt VL 12102*

^h ius *fehlt Sevilla 5*

ⁱ competit aut *Sevilla 7* competebat sive

5.

RESERVAT BENEFICIA COLLECTORUM ET SUBCOLLECTORUM SUORUM CAMERE APOSTOLICE^a.

Item reservavit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque collectorum et unicum^b in quacumque civitate vel diocesi, qui suo tempore eorum officia exercuerint, subcollectorum fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum, illa videlicet beneficia dumtaxat, que durante ipsorum officio obtinuerint et in quibus seu ad que ius tunc eis competierit.

^a Reservat - apostolice *Sevilla 7*

^b unicum *Augsburg 238, VL 12102* subcollectorum

6.

RESERVAT BENEFICIA CURIALIUM MORIENTIUM, DUM CURIA TRANSFERET SE DE LOCO AD ALIUM^a.

Item reservavit omnia beneficia ecclesiastica quorumcumque curialium, quos, dum^b curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quovis loco quantumcumque etiam a dicta curia remoto.

^a Reservat - alium *Sevilla 7*

^b dum *Padova 64* cum

7.

RESERVAT BENEFICIA CUBICULARIORUM ET CURSORUM SUORUM^a.

Item reservavit omnia beneficia ecclesiastica cubiculariorum et cursorum suorum.

^a Reservat – suorum *Sevilla 7*

8.

Item reservavit dispositioni sue generaliter omnes canonicatus et prebendas ac dignitates etc. ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura ad collationem, provisionem, presentationem^a seu quamvis aliam dispositionem sancte Romane ecclesie cardinalium a Romana curia absentium ratione suorum in eorum cardinalatibus^b ecclesiarum^c et titulorum spectantia, quamdiu absentia huiusmodi duraverit^d, ac decrevit etc.

^a *Augsburg 238 folgt electionem*

^b *cardinalatibus Padova 64 cardinalatus*

^c *ecclesiarum fehlt Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7*

^d *duraverit VL 12102 durante*

9.

Item declaravit omnium et singularum cathedralium ecclesiarum ac monasteriorum provisiones^a, quas felicitis recordationis Nicolaus papa V^b eius predecessor ordinationi et dispositioni sue, nec non omnia beneficia ecclesiastica, que dictus predecessor etiam prefate dispositioni cum interpositione decreti reservaverat, que quidem ecclesie ac monasteria nec non sic^c reservata beneficia tempore obitus dicti predecessoris vacabant aut ecclesie et monasteria huiusmodi, si^d commendata vel eis administratores^e deputati non fuissent, etiam tunc vacassent, remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et decretum affecta nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice se intromittere vel^f disponere potuisse sive posse^g quoquo modo, decernens irritum et inane, si secus de illis attemptatum forsitan erat tunc vel in posterum contigerit attemptari.

^a *provisiones fehlt Augsburg 238*

^b *V Padova 64 quintus*

^c *sic fehlt Padova 64*

^d *si Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7 sic*

^e *administratores Augsburg 238 administrationes*

^f *se intromittere vel fehlt Firenze 64*

^g *sive posse fehlt Augsburg 238*

10.

Item voluit, quod super concessionibus per prefatum dominum Nicolaum et de eius mandato factis expediantur littere in forma „Rationi congruit“ etc. iuxta constitutiones et regulas desuper congruentes, prout moris est.

11.

Item revocavit quascumque expectativas gratias nec non reservationes de quibusvis etiam patriarchalibus, metropolitanis et aliis cathedralibus ecclesiis ac monasteriis et beneficiis vacaturis^a cum mandatis de providendo et extensionibus inde secutis per dictum predecessorem in favorem quorumcumque concessas et factas ac facultates nominandi et reservandi^b, prerogativas et indulta, que circa gratias et reservationes huiusmodi ab eodem predecessore emanaverunt, quoad ea, in quibus nondum sortite sunt effectum.

^a vacaturis *fehlt Sevilla 5*

^b *Firenze 64 folgt et conferendi*

12.

Item rationabilibus suadentibus causis ipse dominus noster omnes uniones, annexiones et incorporationes de quibusvis cathedralibus nec non aliis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus^a, officiis, beneficiis et locis^b ecclesiasticis^c, qualiacumque fuerint, invicem vel aliis ecclesiis, monasteriis, mensis^d, dignitatibus, personatibus, officiis, beneficiis et locis^e quomodolibet apostolica vel alia quavis auctoritate factas, propter quas illi, quorum intererat, sic unitorum possessionem pacificam tunc non tenebant^f, ac quecumque concessionem et mandata super unionibus, annexionibus et incorporationibus taliter faciendis revocavit, cassavit et irritavit nulliusque decrevit existere firmitatis ac singulas causas ubicumque desuper pendentes indecisas advocavit^g, inde lites exortas extinxit^h, nec alicuiⁱ quascumque clausulas vel adiectiones in quibusvis apostolicis, etiam que motu proprio et ex certa scientia processerant vel emanaverant, litteris quomodolibet contentis adversus^j revocationem, cassationem et irritationem huiusmodi voluit aliquatenus suffragari.

^a VL 12102 *folgt* administrationibus

^b et locis *fehlt Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7*

^c ecclesiasticis *fehlt Augsburg 238*

^d mensis *fehlt Padova 64*

^e ecclesiasticis – et locis *fehlt VL 12102; et locis fehlt Padova 64*

^f propter - tenebant *Firenze 64* que suum sortite non sunt effectum

^g advocavit *Padova 64* revocavit

^h ac singulas – extinxit *fehlt Firenze 64*

ⁱ alicui *Firenze 64* alia

^j contentis adversus *Firenze 64* contentas

12K. Johannes Zamorensis

Non datur. Io<hannes> Zamorensis^{a1}.

¹ *Johannes de Mella.*

^a Non - Zamorensis VL 12102 *am rechten Rand auf der Höhe von* administrationibus – apostolica; *Sevilla 5* Non detur Io<hannes> Zamorensis *auf dem rechten Rand neben der ersten Zeile der Regel*

13.

Item predictus dominus noster omnes et singulas ab ipso Nicolao predecessore infra annum ante diem obitus eiusdem concessas gratie^a vel iusticie litteras temporibus debitis earum executoribus non presentatas etiam quoad beneficia, que concernebant, in quibus videlicet tunc aliis specialiter ius quesitum non erat, omnino revalidavit et in statum pristi-

num, quo^b videlicet ante fuerant, et eos, pro quibus erant obtente, quoad hoc plenarie restituit ac decrevit per executores predictos vel ab eis subdelegandos perinde ad ipsarum executionem procedi posse et debere, ac si executio huiusmodi temporibus predictis inchoata fuisset.

^a gratie fehlt VL 12102

^b videlicet tunc – quo fehlt Padova 64

14.

Item, omnes et singulas concessionum gratias super novis provisionibus, surrogationibus „Si neutri“ et „Si^a nulli^b“ ac aliis impetrationibus beneficialibus per predictum predecessorem factas, super quibus eius superveniente obitu apostolice littere infra terminum^c ad hoc deputatum^d per quandam constitutionem ipsius predecessoris prefixum^e confecte et expedite et earum executoribus presentate non sunt, revalidavit ac voluit et decrevit, quod huiusmodi^f littere super illis infra sex menses a die^g publicationis presentium expediri possint in forma „Rationi congruit“ et suum sortiantur effectum, ac si infra predictum^h prefixum terminum fuissent expedite absque tamenⁱ preiudicio iuris quesiti, dummodo supplicationes super huiusmodi concessionibus datate et tempore ipsius predecessoris registrate fuerint^j.

^a si fehlt Sevilla 7

^b si nulli VL 12102 simili

^c terminum Firenze 64 triennium

^d deputatum fehlt Augsburg 238, Padova 64, Sevilla 7

^e ad hoc – prefixum fehlt VL 12102

^f huiusmodi fehlt Padova 64

^g a die Padova 64 annum

^h predictum fehlt Augsburg 238, Padova 64, VL 12102

ⁱ fuissent – tamen fehlt Padova 64; tamen Firenze 64 in

^j registrate fuerint fehlt Padova 64

15.

Item, ut^a in apostolicis litteris committendi crimen falsi per amplius occasio tollatur, voluit, statuit et ordinavit, quod in antea dictiones numerales, que in dictis litteris ante kalendas, nonas et idus immediate poni consueverunt, per litteras et sillabas extense scribantur et ille ex prefatis litteris, in quibus huiusmodi dictiones aliter scripte fuerint, ad bullariam^b non mittantur.

^a ut fehlt Padova 64

^b bullariam Augsburg 238, VL 12102 bullam

16.

Item voluit, quod de^a concurrentibus super vacantibus seu certo modo vacaturis beneficiis illi^b, quibus gratie motu proprio concedantur, ceteris simili motu gratias non habentibus, alias graduati non graduatis et inter graduatos magis graduati et inter equaliter graduatos^c prius graduati nec non colorato titulo possessores non possessoribus et inter personas alias in curia presentes ab^d ea absentibus^e ac inter presentes non beneficiati^f beneficiatis, et similiter inter^g absentes et ceteris paribus oriundus^h non oriundo et diocesanus non diocesano, in reliquis vero singuliⁱ, qui prius apostolicas desuper litteras eorum^j executoribus presentaverint, aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum assecutione^k preferantur.

^a de *fehlt Augsburg 238*

^b illi *Augsburg 238 illis; fehlt Sevilla 7*

^c magis – graduatos *fehlt Padova 64*

^d ab *fehlt Padova 64, Sevilla 7*

^e ea absentibus *Augsburg 238 eis*

^f beneficiati *fehlt Augsburg 238*

^g inter *fehlt Augsburg 238*

^h oriundus *VL 12102 ordinibus*

ⁱ singuli *Padova 64 singulis; Augsburg 238 folgt vero*

^j eorum *Padova 64, Sevilla 5 earum*

^k assecutione *Padova 64, VL 12102 executione*

17.

Item, ne per varias, que pro commissionibus habendis in causis plerumque fiunt, suggestiones iustitia postponatur, idem dominus noster decrevit atque declaravit sue intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam sive concessionem pro commissionibus huiusmodi per sanctitatem suam vel eius mandato faciendam nulli ius sibi quesitum quomodolibet tollatur.

18.

Item voluit, quod in^a obtinendis canonicatibus et prebendis cathedralium etiam regularium ecclesiarum etas XIII annorum^b existat et <in> gratia, quam alias inde pro constituto in minori etate fieri contigerit, nisi desuper signatura vel indultum sufficiens habeatur, quodque etiam in gratis super beneficiis quibuscumque de petentium etate, si minores decem^c annis fuerint, mentio fiat, alioquin gratie huiusmodi sint nulle.

^a in *fehlt Padova 64*

^b annorum *fehlt Padova 64*

^c decem VL 12102, *Sevilla 7 X*

19.

Item voluit, quod, si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium sive simpliciter sive ex causa permutationis et postea infra XX^a dies de ipsa infirmitate decesserit ac ipsum beneficium^b conferatur^c per resignationem sic^d factam, collatio^e huiusmodi nulla sit^f ipsumque beneficium nihilominus per resignationem predictam vacare censeatur.

^a XX *Padova 64* viginti

^b beneficium *fehlt Augsburg 238*

^c conferatur *fehlt Padova 64*

^d sic *Sevilla 7* sibi

^e collatio VL 12102 oblatio

^f sit *fehlt Augsburg 238*; VL 12102 est

20.

Item voluit, quod, si contingat ipsum^a alicui persone de parochiali ecclesia providere seu mandare provideri vel gratiam expectativam concedere, nisi dicta persona intelligat et intelligibiliter loquatur idioma loci, ubi ecclesia huiusmodi consistit, provisio seu mandatum et gratia desuper quoad parochialem ecclesiam nullius sit roboris vel momenti.

^a ipsum *fehlt Augsburg 238*, VL 12102

21.

Item, quod, si quis supplicaverit sibi de beneficio quocumque tamquam per obitum alicuius licet tunc^a viventis vacante provideri et super signatura inde secuta litteras confici fecerit ac beneficium ipsum^b postea per obitum eius vacet, provisio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo facienda nullius sit roboris vel momenti.

^a tunc *fehlt VL 12102*

^b super – ipsum *fehlt Augsburg 238*, *Firenze 64*

22.

Item voluit, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri teneantur exprimere verum valorem^a secundum communem estimationem tam beneficii uniendi quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeat. Et semper in unionibus commissio fiat ad partes onerando

conscientias eorum, quibus committentur^b. Idem^c voluit observari in confirmationibus^d unionum factarum.

^a Firenze 64 folgt annum

^b committentur fehlt Augsburg 238

^c idem Padova 64 quod

^d confirmationibus Firenze 64 constitutionibus; Augsburg 238 commissionibus confirmationibus

23.

Item, de mendicantibus, qui ad alios ordines transierint pro tempore, voluit constitutionem¹ felicitis recordationis Martini pape V^a predecessoris sui desuper factam et in libro Cancellarie descriptam firmiter observari.

¹ Viam ambitiose cupiditati von 1418 Juli 28 = KR Martin V. ME 53.

^a V Padova 64, Sevilla 7 quinti

24.

Item declaravit idem dominus noster, quod libra Turonensium parvorum et^a florenus auri de Camera pro equali valore in concernentibus^b litteras et Cameram apostolicas^c computari et extimari debeant.

^a et fehlt Padova 64

^b concernentibus Padova 64, Sevilla 5 concurrentibus

^c litteras et Cameram apostolicas Sevilla 5 litteris et Camera apostolica; Sevilla 7 litteris et Cameram apostolicam

25.

Item voluit et decrevit quascumque collationes et provisiones pro tempore faciendas de quibusvis ecclesiasticis beneficiis secularibus et regularibus, que per promovendos vel assumendos ad quascumque prelaturas inter illarum vacationum et huiusmodi promotionum vel assumptionum tempora^a simpliciter aut ex causa permutationis ubicumque resignari vel alias dimitti contigerit, nullius existere firmitatis^b.

^a tempora fehlt Padova 64

^b nullius - firmitatis fehlt Augsburg 238, VL 12102, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7

26.

Item recensens^a idem dominus noster, quod plerique litium strepitus dispendiis amplectentes frequenter illas per signaturam^b, super quibus apostolice littere conficiende forent,

supplicationum exhibitiones protrahere^c non expavescent, ut dispendiis obvietur^d et litibus huiusmodi finis quantocius imponatur, voluit, statuit et ordinavit, quod iudices in Romana curia pro tempore deputati, etiamsi sancte Romane ecclesie^e cardinales, causarum Palatii apostolici^f auditores vel alii quicumque sint, huiusmodi supplicationum tenores vel effectus circa decisionem causarum eis^g pro tempore commissarum et etiam actu pendentium non attendant nec super illis^h partisⁱ cuiusvis altercationes vel disceptationes^j admittant, inherentes quoad huiusmodi supplicationes formis dumtaxat litterarum, que desuper confecte fuerint et que, si minus bene per preoccupationes vel alias^k expedite reperiantur, illorum, quorum intererit^l, instantiis^m ad apostolicam Cancellariam remitti poterunt, per eiusⁿ officiales, quibus huiusmodi tenores^o et effectus^p perstringere convenit, ad formas debitas reducende¹.

¹ Vgl. dazu Pitz, *Supplikensignatur* S. 57.

^a recensens fehlt Firenze 64

^b per signaturam Padova 64 pro supplicantibus plerumque litigationis dispendiis amplexens frequenter illas persuadente

^c Padova 64 protrahere

^d Padova 64 obtinetur

^e pro tempore – ecclesie fehlt Padova 64

^f apostolici fehlt Padova 64

^g eis Padova 64 cuius

^h illis Sevilla 5 huius

ⁱ partis Padova 64 partes

^j disceptationes Padova 64 deceptiones; Sevilla 5 descriptiones

^k alias fehlt Padova 64

^l intererit Firenze 64 interest

^m instantiis Padova 64 in statu

ⁿ eius Padova 64, Sevilla 5, VL 12102 huiusmodi

^o tenores VL 12102 errores

^p effectus Augsburg 238, VL 12102 defectus

27.

QUOMODO REGULE CANCELLARIE PROBARI DEBENT SEU DESUPER FIDES FIERI DEBEAT^a.

Item attendens idem dominus noster, quod super habendis de Cancellaria apostolica regulis et constitutionibus inibi conscriptis faciliter per illos, qui in Romana curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus^b dirigi potest, nec^c consultum foret, quod super earundem regularum^d et constitutionum, quas iuxta occurrentium varietatem causarum et negotiorum aliquotiens immutari convenit, probando tenore vel effectu testium plerumque tenacem desuper memoriam non habentium depositionibus^e stari deberet, voluit, statuit et ordinavit, quod deinceps quilibet ex auditoribus causarum Palatii apostolici^f et aliis, etiamsi sancte Romane ecclesie cardinales sint, in ipsa curia pro tempore deputatis auctoritate apostolica

iudicibus etiam in causis actu pendentibus super huiusmodi tenore vel effectu probando dumtaxat stet fidemque adhibeat cedula sive scripture desuper a duobus litterarum apostolicarum abbreviatoribus in ipsa Cancellaria, ut moris est, auscultate et domini vicecancellarii sive dictam Cancellariam regentis manu subscripte^g. Quidquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris vel momenti.

^a Quomodo - debeat *Sevilla* 7

^b recursus *Firenze* 64 decursus

^c nec *Sevilla* 5 in ea

^d regularum *Augsburg* 238 litterarum

^e depositionibus *Augsburg* 238, *Firenze* 64, *Sevilla* 5 dispositionibus; *Padova* 64 dispensationibus

^f apostolici fehlt *Padova* 64

^g subscripte *Augsburg* 238 scripte; *Sevilla* 5 scripture

28.

DE POSSESSIONE TRIENNII PACIFICIS^a.

Item prefatus dominus noster litium succidere^b cupiens anfractus^c et, ne novi^d collitigantibus adversarii dentur, providere^e voluit, statuit et ordinavit, quod, quotiens deinceps aliquem super quovis ecclesiastico beneficio collitigantem in iure vel ad ius^f, si^g quod forsitan eius adversario in dicto beneficio competierit, surrogari concesserit, dummodo prefatus collitigans in ipso beneficio intrusus non sit nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud per triennium pacifice possiderit, lis^h tunc mota fuerit aliorum quorumlibet de premissis iureⁱ, sive tunc vacet vel cum vacaverit, impetrationes infra mensem ante concessionem huiusmodi facte nullius sint roboris vel momenti.

^a De – pacifice *VL* 12102

^b succidere *Padova* 64 subcedere; *VL* 12102, *Sevilla* 5 succindere

^c anfractus *Padova* 64 confractus

^d novi *Padova* 64 non

^e providere *Firenze* 64 provideri

^f ius *VL* 12102 idus

^g si fehlt *Padova* 64

^h lis *Padova* 64 ius

ⁱ iure fehlt *Padova* 64

29.

Item voluit et ordinavit, quod omnes gratie^a, quas de quibusvis ecclesiasticis beneficiis cum cura vel sine cura secularibus ac regularibus per obitum quarumcumque personarum vacantibus in^b antea fecerit, nullius roboris vel momenti sint, nisi post obitum et ante datam gratiarum huiusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipse de locis, in

quibus dicte persone decesserint, ad eiusdem domini nostri notitiam verisimiliter potuerint pervenisse.

^a gratie fehlt Sevilla 7

^b in Padova 64 que

30.

Item, quod omnes et singule causarum commissiones, quas in antea fieri contigerit obtentu vel occasione concessionum dumtaxat apostolicarum de beneficiis ecclesiasticis^a gratiarum, super quibus apostolice littere confecte non fuerint, et processus desuper habendi nullius sint^b roboris vel momenti.

^a de beneficiis ecclesiasticis fehlt Sevilla 7

^b sint Padova 64 sit

31.

Item voluit, quod impetrans beneficium vacans^a per obitum familiaris alicuius domini cardinalis teneatur exprimere nomen et titulum illius cardinalis et, si ille in curia fuerit, eius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla.

^a vacans fehlt Padova 64

32.

Item voluit, quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio^a per „Fiat“ et per^b „Concessum“ signaturis^c ex^d eis per „Fiat“ habens alteri preferatur.

^a Padova 64 folgt ecclesiastico

^b per fehlt Padova 64

^c Augsburg 238, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7, VL 12102 folgt ex; signaturis Padova 64 signaturam

^d ex fehlt Firenze 64

33.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Calixtus papa tertius^a universorum litteras apostolicas^b expediri procurantium^c indemnitatibus^d consulere disponens voluit, statuit et ordinavit, quod sub^e excommunicationis pena nullus^f abbreviatorum litterarum earundem ratione cuiusvis^g distributionis sibi facte pro minuta de uno ultra duodecim^h et de duobus vel pluribus beneficiis vacantibus seu certo modo vel alias iuxta formas expectatarum gratiarum vacaturis ultra quattuordecimⁱ ac^j de^k dignitate maiori vel principali nec non simplicibus surrogationibus et „Si neutri“ similiter^l ultra XIII^m et, etiamsiⁿ sur-

rogationes ac „Si neutri“ huiusmodi longas narrationes habeant, ultra XX^o et pro dispensationibus vel indultis quoad effectum gratiarum dumtaxat ultra duos^p grossos papales quomodolibet recipiat et, si secus egerit^q, ex tunc infra triduum personis singulis, a quibus plus receperit, si illas^r interim commode reperire poterit, restituere^s, alioquin Christi pauperibus elargiri duplum inde^t teneatur, etiam^u alias, prout eius excessus desuper exegerint, quemadmodum ipsi domino nostro visum fuerit propterea puniendus.

^a in – tertius *Firenze 64* etc.; tertius *VL 12102 III*

^b universorum litteras *Padova 64* universarum litterarum apostolicarum

^c procurantium *fehlt Padova 64*

^d indemnitatibus *Padova 64* indeputatibus; *Augsburg 238, Firenze 64* indemnitatis

^e sub *fehlt Sevilla 7*

^f nullus *Padova 64* nullius

^g cuiusvis *Padova 64* cuius

^h duodecim *Augsburg 238, Sevilla 7, VL 12102 XII*

ⁱ quattuordecim *Augsburg 238, Sevilla 7, VL 12102 XIII*

^j ac *VL 12102* et

^k de *fehlt Padova 64, Sevilla 5*

^l similiter *VL 12102* si nulli

^m XIII *Padova 64, Sevilla 5* quattuordecim

ⁿ etiamsi *Sevilla 7* si

^o XX *Padova 64, Sevilla 5* viginti

^p duos *VL 12102 II*

^q egerit *Padova 64* exigerit

^r illas *fehlt Padova 64; Augsburg 238* illa

^s restituere *VL 12102* restituat

^t inde *fehlt Padova 64, Sevilla 5*

^u *Padova 64* folgt per

De expediendis litteris^a

^a De - litteris *fehlt Firenze 64, Sevilla 5*

34.

In primis idem dominus noster voluit, quod, si petatur, ne quis amoveri a beneficio possit^a, a quo alias ad nutum esset revocabilis^b, littere quoad hoc nullatenus expediantur, nisi desuper ad partem vel alias signatura specialis habeatur.

^a possit *fehlt Firenze 64*

^b so *VL 12102, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7; die beiden anderen* revocabil.

35.

Item, si committatur alicui beneficii resignationis receptio, ponatur clausula „Attente quoque provideas“ etc. et, si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula^a

„Quod^b neuter permutantium^c ius acquiratur, nisi quilibet ipsorum^d ius habuerit in beneficio per ipsum^e taliter^f resignato“.

^a clausula *fehlt* VL 12102

^b quod *Augsburg* 238 si

^c resignationes – permutantium *fehlt* *Padova* 64

^d ipsorum *fehlt* *Sevilla* 5

^e per ipsum *Sevilla* 5 per eum; *fehlt* VL 12102

^f taliter *Augsburg* 238 totaliter

36.

Item voluit, quod, si petantur suppleri defectus in genere, nullatenus littera desuper concedatur, nisi in petitione^a desuper huiusmodi defectus exprimantur vel per „Fiat, ut petitur“ supplicatio signata fuerit.

^a in petitione *fehlt* *Sevilla* 5; *Sevilla* 7 impetrantes

37.

Item voluit, quod super quovis ecclesiastico beneficio de iure patronatus laicorum non expediantur littere, nisi ponatur expresse, quod^a tale beneficium tanto tempore vacavit, quod eius collatio est ad sedem apostolicam legitime devoluta, vel ad id^b patronorum accedat assensus.

^a quod *Augsburg* 238 et

^b id *fehlt* *Padova* 64

38.

Item voluit et ordinavit, quod super resignatione cuiuscumque beneficii ecclesiastici seu cessione iuris in^a eo, quam in manibus suis vel in^b Cancellaria apostolica fieri contigerit, apostolice littere nullatenus expediantur, nisi resignans vel cedens, si presens in Romana curia^c fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc^d ab eo specialiter constitutum expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria^e expresse consenserit^f et iuraverit, ut est moris, nec littere reservationis^g vel assignationis, etiam motu proprio^h, cuiusvis pensionis annue super alicuius beneficii fructibus expediriⁱ possint, nisi de consensu illius, qui dictam pensionem persolvere tunc habebit^j.

^a in *fehlt* *Sevilla* 7

^b in *fehlt* *Padova* 64, *Sevilla* 7

^c curia *fehlt* *Augsburg* 238

^d ad hoc *fehlt* VL 12102; hoc *fehlt* *Augsburg* 238

^e *Sevilla* 5 *folgt* apostolica

-
- ^f consenserit *Augsburg 238* concesserit
^g reservationis *Padova 64* resignationis
^h motu proprio *fehlt Sevilla 5*; proprio *fehlt Padova 64*
ⁱ expediri *Padova 64* expedire
^j nec littere – habebit *fehlt VL 12102*

39.

Item, quod non dentur littere super beneficiis vacaturis per ingressum religionis, nisi ille precesserit datam^a desuper petitionis.

^a datam *Padova 64* datum

40.

Item voluit, quod, si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria apostolica exprimendum, talis impetratio non valeat nec littere desuper expediantur.

41.

Item voluit, statuit et ordinavit, quod, quotienscumque per signaturam suam vel de eius mandato factam super exequendis aliquibus^a cum adiectione proprii nominis vel dignitatis cuiusvis iudex detur^b, littere desuper expediantur cum expressione, quod idem iudex executionem huiusmodi faciat per se ipsum.

^a *Sevilla 5* folgt litteris

^b detur *Augsburg 238, VL 12102, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7* datur

De dispensationibus^a

^a de dispensationibus *fehlt Firenze 64, Sevilla 5*

42.

Item voluit, quod in litteris dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis vel affinitatis aut alias prohibito ponatur clausula „Si mulier rapta non fuerit“.

43.

Item voluit, quod in dispensationibus super defectu natalium, quod possint succedere^a in bonis temporalibus, ponatur clausula „Quod non preiudicetur illis, ad quos successio bonorum ab intestato pertinere deberet“.

^a succedere *Sevilla* 7 procedere

44.

Item, quod per quamcumque signaturam in quavis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum dispensationis huiusmodi concernat vel alias nihil conferret aut operaretur^a, et, si^b super defectu etatis^c sit dispensatio huiusmodi, de duobus dumtaxat annis dari valeat, habita prius per testes idoneos vel alias informatione quoad hoc de idoneitate persone, cui dicta dispensatio concedetur.

^a operaretur *fehlt Sevilla* 5

^b si *fehlt Padova* 64

^c defectu etatis *Sevilla* 7 etate

45.

Item voluit, quod super defectu natalium dentur graduatis seu de^a magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam quattuor^b, etiamsi canonicatus et prebende^c cathedralium seu collegiatarum ecclesiarum, et per „Fiat, ut petitur“ ultra hoc dignitates etiam maiores et principales; aliis vero^d per „Fiat“ tria et per „Fiat, ut petitur^e“ quattuor^f, si petantur, dummodo canonicatus et prebende cathedralium ecclesiarum vel dignitates^g non^h existant.

^a de *fehlt Augsburg* 238

^b quattuor *Firenze* 64 IIII

^c *Sevilla* 5 folgt dignitates etiam maiores post pontificales

^d per Fiat – vero *fehlt Firenze* 64

^e ultra – petitur *fehlt Sevilla* 7

^f quattuor *Firenze* 64 IIII

^g dignitates *Augsburg* 238 dignitatis

^h non *fehlt Augsburg* 238

46.

Item voluit, quod super obtinendis incompatilibus beneficiis in theologia magistris, in iure canonico vel civili doctoribus et in^a illis cum rigore examinis ac^b eadem theologia licentiatis aut formatis baccalariis ac magnis^c nobilibus per „Fiat“ quinquennium et addito „Ut petitur“, quoad vixerit, ad duo incompatibilia; aliis vero per „Fiat“ biennium^d et addito „Ut petitur“ triennium ad duo detur^e, dummodo^f non sint due dignitates maiores post pontificales seu principales aut^g due parochiales ecclesie vel tales mixtim, cum potestate permutandi, si petatur.

^a in *fehlt Augsburg* 238

^b VL 12102 folgt in

^c magnis *Firenze 64* magistris

^d biennium *Sevilla 5* triennium

^e triennium - detur *fehlt Sevilla 5*; detur *fehlt Augsburg 238, VL 12102, Sevilla 7*

^f dummodo *fehlt Firenze 64*

^g aut *Sevilla 5* in

47.

Item voluit et ordinavit, quod per quamcumque signaturam deinceps faciendam nulli, cuiusvis dignitatis, status^a, gradus vel conditionis fuerit, detur dispensatio, quod^b duas parochiales ecclesias vel dignitates maiores post pontificales in cathedralibus seu principales in collegiatis ecclesiis^c vel unam cum reliqua earum insimul retinere valeat, nisi ecclesie^d parochiales adeo contiguae et invicem propinque sint, quod ipsis per unum commode deserviri possit, illarumque fructus etc. insimul ultra XXIII^e florenos auri de Camera secundum communem extimationem non valeant annuatim et de hoc in litteris dispensationum^f huiusmodi expressa^g mentio fiat, vel nisi super obtinendis duabus ex huiusmodi dignitatibus seu parochialibus ecclesiis insimul pro magnis nobilibus, magistris vel baccalariis formatis in theologia aut doctoribus seu licentiatibus in altero iurium^h per verba „Dispensamus de speciali“ sufficiens signatura habeatur et super ipsisⁱ parochialibus ecclesiis in huiusmodi signatura de parochialibus mentio fiat, alioquin, si per preoccupationem^j vel alias littere super tali dispensatione confecte reperiantur, ille nullius sint roboris vel momenti. Et similiter in dispensationum ad incompatibilia prorogationibus observetur.

^a status *fehlt Padova 64*

^b quod *Sevilla 5* quoad

^c ecclesiis *fehlt VL 12102*

^d ecclesie *fehlt Augsburg 238*

^e XXIII *Padova 64* vigintiquattuor

^f dispensationum *Augsburg 238, VL 12102, Sevilla 5* dispensationis

^g huiusmodi expressa *fehlt Sevilla 5*

^h in altero iurium *fehlt VL 12102*

ⁱ ipsis *fehlt Sevilla 7*

^j preoccupationem *Sevilla 7* occupationem

48.

Item voluit, quod petentibus^a secum dispensari, ut ratione beneficiorum non teneantur se facere promoveri, in Romana curia vel studio per „Fiat“ septennium, aliis vero detur quinquennium, dummodo infra annum a tempore date dispensationis huiusmodi ad subdiaconatus ordinem sint promoti.

^a petentibus *Padova 64* despectantibus

49.

Item de fructibus in absentia percipiendis detur in Romana curia vel studio residendo per quamcumque signaturam septennium et alibi quinquennium.

De indulgentiis^a

^a De indulgentiis *fehlt Sevilla 5*

50.

Item voluit, quod in litteris indulgentiarum solum dentur festa per^a Cancellariam dari solita et quod durent per XX^b annos, nisi petantur pro una die, et tunc durent perpetuo^c.

^a per *fehlt Padova 64*

^b XX *Padova 64, Sevilla 5, VL 12102* viginti

^c petantur – perpetuo *fehlt Firenze 64*

51.

Item voluit, quod in litteris indulgentiarum^a ponatur clausula^b, quod^c, si ecclesie^d seu capelle vel alias aliqua indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non est^e, huiusmodi littere sint nulle.

^a Item – indulgentiarum *fehlt Firenze 64*

^b clausula *fehlt VL 12102*

^c quod *fehlt Augsburg 238*

^d ecclesie *VL 12102* ecclesia

^e est *fehlt Firenze 64*

52.

Item voluit, quod littere non expediantur super indulgentiis concessis^a „Ad instar“, nisi^b specificentur.

^a concessis *fehlt Augsburg 238, Firenze 64*

^b nisi *fehlt Padova 64*

53.

Item voluit, quod per^a „Fiat“, si ecclesia^b cathedralis vel insignis collegiata aut sollemne monasterium fuerit, tres, alioquin duo anni et totidem quadragene^c, et per „Fiat, ut petitur“ cathedrali, collegiate vel monasterio quattuor^d, aliis tres anni dentur; pro singulis vero die-

bus octavarum centum dies apponantur; et pro capella per „Fiat“ unus et^e per „Fiat, ut petitur“ duo anni concedantur^f.

^a per *fehlt* Padova 64

^b ecclesia *fehlt* Sevilla 7

^c quadragene VL 12102 XL

^d quattuor Firenze 64, VL 12102 IIII

^e per Fiat unus et *fehlt* Padova 64

^f concedantur Padova 64 concedentur; Sevilla 5 dentur et concedantur

De beneficiis vacantibus et certo modo vacaturis^a

^a De - vacaturis *fehlt* Sevilla 5

54.

In primis voluit^a, quod in gratiis, quas personis quibusvis de beneficiis vacantibus seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum et aliorum quorumcumque beneficiorum, que dicte persone tunc obtinuerunt^b seu de quibus fuerit^c eis provisum vel concessum aut mandatum provideri, verus annuus per marchas argenti aut sterlingorum vel librarum Turonensium parvorum seu florenorum aut ducatorum vel unciarum auri seu alterius monete valor secundum communem estimationem exprimatur, nisi motu proprio gratie huiusmodi fiant vel persone predictae beneficia, que tunc obtinuerint aut in quibus et ad que ius eis competierit, iuxta ipsarum oblationes^d vel alias dimittere teneantur, alioquin prefate^e gratie sint nulle. Et idem servetur in expectativis de beneficiis obtentis et, in quibus seu ad que impetranti^f ius competit, et illorum valore.

^a voluit *fehlt* Padova 64

^b obtinuerunt Augsburg 238, VL 12102, Firenze 64, Sevilla 5, Sevilla 7 obtinuerint; Padova 64 obtinuerant

^c fuerit *fehlt* Padova 64

^d oblationes Padova 64 collationes

^e prefate *fehlt* VL 12102

^f impetranti *fehlt* Padova 64

55.

Item voluit et ordinavit, quod, quando providet seu mandat alicui provideri de beneficio ecclesiastico^a vacante, tunc dari poterunt^b clause, si petantur, „Etiam si illud quovismodo etc. seu per constitutionem ‚Execrabilis¹‘ vacet ac specialiter reservatum“, „Inter alios^c litigiosum sit“ et^d „Eius collatio devoluta fuerit“ et, si pro colligante vel surrogationem^e aut „Si

¹ = Johannes XXII. Nr. 67B.

neutri“ vel „Si nulli“ etc. petente sit, tunc specificè lis exprimatur nec detur aliqua generalis reservatio dispositive, nisi desuper in concessione specialis et expressa ac pure et non sub conditione mentio fiat, et tunc relique reservationes inibi contente veniant; si vero tempore expeditionis inde litterarum generalis reservatio huiusmodi probari non possit vel^f in^g novis provisionibus aut pro^h colligante „Si neutri“ vel „Si nulli“ etc. sit expressum, quod ab aliquibus asseritur illum, cuius beneficium concediturⁱ, collectorem, subcollectorem, abbreviatorem vel familiarem etc. fuisse, clausula ponatur „Etiam si dictum beneficium ex eo, quod talis^j collector, subcollector, abbreviator vel familiaris etc. fuit, dispositioni apostolice generaliter reservatum existat, dummodo in^k eo non sit alicui specialiter ius quesitum“. In reliquis vero nulla clausula detur, unde reservatio generalis elici possit, nisi desuper signatura per duplex „Fiat“ sit^l aut^m per reformationemⁿ vel alias specialiter habeatur.

^a de beneficio ecclesiastico VL 12102, Padova 64 debendo ecclesias

^b poterunt Padova 64, Sevilla 7 potuerunt

^c alios Augsburg 238, Sevilla 7 aliquos

^d Padova 64 folgt alios

^e surrogationem VL 12102 surrogatione; Firenze 64 prorogation(em)

^f vel Augsburg 238, Firenze 64 nisi

^g in fehlt Sevilla 7

^h pro fehlt Padova 64

ⁱ conceditur fehlt Padova 64

^j talis Firenze 64 tunc

^k in fehlt Padova 64

^l sit Padova 64 si; fehlt VL 12102

^m aut Augsburg 238, Padova 64 autem; Padova 64 folgt nisi

ⁿ reformationem Firenze 64 causationem

56.

Item voluit, quod super beneficiis ecclesiasticis de qualitatibus illorum, videlicet an dignitates, personatus vel officia sint eisque cura immineat animarum et ad illa consueverint, qui per electionem assumi, mentio fiat, alias gratie desuper facte^a sint nulle et, si qualitates huiusmodi affirmative seu conditionaliter non exprimantur^b, negativa desuper expressio fiat in beneficiis, que tales qualitates vel ex eis aliquas consueverunt habere.

^a facte fehlt Padova 64, Sevilla 5

^b exprimantur Sevilla 5 ponantur

57.

Item, si reservetur beneficium per contractum matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro nec censeatur beneficium reservatum specialiter vel affectum^a, nisi sequatur matrimonium^b. Sed in beneficiis per^c promotionem vel assecutionem vacaturis ponatur

clausula „Cum beneficia huiusmodi premissis vel alio quovis modo etc. preterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamsi vacent“ etc.^d

^a affectum *Padova* 64 effectum

^b matrimonium *fehlt Firenze* 64

^c per *fehlt Padova* 64

^d etc. *fehlt Padova* 64, *Sevilla* 5

58.

Item voluit, quod, si^a petatur aliquem in^b religiosum recipi ac sibi de^c quovis beneficio ecclesiastico provideri, per simplicem signaturam „Fiat“ receptio huiusmodi dumtaxat detur; adiuncto^d „Si petens sit idoneus et aliud canonicum non obsistat“ et exprimatur, si certus numerus regularium sit ibidem, cui etiam non derogetur, nisi expresse concedatur, et, si numerus ipse non existat^e, ponatur „Dummodo locus receptionis huiusmodi nimium^f propterea^g non gravetur“.

^a si *fehlt Sevilla* 7

^b in *fehlt Padova* 64

^c de *fehlt Augsburg* 238

^d adiuncto *Sevilla* 5 conditio

^e existat *Padova* 64 constat

^f nimium *fehlt VL* 12102

^g propterea *fehlt Sevilla* 7

59.

Item, si regularis petat sibi de beneficio^a ab^b aliquo monasterio vel alio regulari loco dependente provideri et appareat ex huiusmodi petitione, quod alterius monasterii vel loci religiosus sit, licet inibi translatio non petatur^c, nihilominus illa veniat.

^a *Padova* 64 *folgt* ecclesiastico

^b ab *fehlt Sevilla* 5, *VL* 12102

^c petatur *Sevilla* 5 sequatur

60.

Item, quod^a in litteris super beneficiis per constitutionem „Execrabilis“¹ vacantibus ponatur clausula „Si est ita“; similiter de quibuscumque narratis informationem^b facti requirentibus.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

^a quod *fehlt Sevilla* 5

^b informationem *Augsburg* 238 per confirmationem

61.

Item petenti^a sibi provideri de vacaturo dentur littere de^b vacante et e^c converso, prout expedit, impetranti.

^a petenti *fehlt Padova 64*

^b de *fehlt Padova 64*

^c e *fehlt Padova 64*

62.

Item voluit et ordinavit, quod mandata apostolica super fructibus sequestrandis et remissionibus ad partes pro meritis causarum recipiendis, sive singulares vel communes fuerint, nec non super exequendis sententiis in Romana curia latis sub bulla expediantur, alias nulla sint.

De gratiis^a expectativis in communi forma pauperum^b

^a gratiis *fehlt Augsburg 238, Firenze 64*

^b De – pauperum *fehlt VL 12102*

63.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Calixtus papa III^a pauperibus clericis providere cupiens voluit, statuit et ordinavit, quod omnes et singuli, qui suas in forma, secundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis scribi consuevit, de beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel vacaturis litteras obtinuerint, in ipsorum assecutione beneficiorum, que sine cura et non canonicatus et prebende vel personatus fuerint, singulis aliis ibidem ecclesiastica beneficia sub quacumque etiam^b maiori data per apostolicas litteras expectantibus et tunc beneficia, quorum fructus etc.^c ultra^d decem^e florenorum auri^f de Camera secundum communem estimationem annuatim valeant, obtinentibus omnino preferantur.

^a in – III *Firenze etc.; III Padova 64 tertius, fehlt Sevilla 7*

^b etiam *fehlt Augsburg 238, Padova 64, VL 12102*

^c etc. *Padova 64 et*

^d ultra *fehlt VL 12102*

^e decem *Firenze 64, Sevilla 7 X*

^f auri *fehlt Augsburg 238*

64.

Item voluit idem dominus noster, quod pro^a pauperibus clericis beneficiandis dentur littere in ea forma, secundum quam pro eis tempore felicis^b recordationis Martini pape quinti^c

scribi consuevit, videlicet ad unum^d collatorem, salvo quod, si ad^e collationem decani et capituli vel abbatis et conventus aut abbatisse et conventus impetraverint, dentur cum clausula „Communiter vel divisim“, ubi antiquitus dumtaxat dabatur „Communiter“; et ipsi iuxta eorum sufficientiam <col>locentur per „Tria bene“ vel „Duo bene et unum competent-ter“ vel „Duo bene et^f unum debiliter“ aut „Duo competenter in lectura^g et constructione et unum male in cantu“; per totam vero Hispaniam et Gasconiam habentibus „Bene legit, competenter construit, nihil cantat“, vel habentibus ad minus tria „Competenter“ detur ad beneficium cum cura, sed habentibus duo „Competenter“, etiamsi^h unum sit in cantu, detur ad beneficium sine cura.

^a pro fehlt Padova 64

^b felicitas fehlt Padova 64

^c quinti VL 12102, Firenze 64, Sevilla 5 V

^d unum Firenze 64 annum

^e si ad fehlt Padova 64

^f unum competenter vel duo bene et fehlt Augsburg 238, Sevilla 5

^g lectura VL 12102 litteratura

^h etiamsi VL 12102 si

65.

Item, quod iidem^a pauperes clerici, si graduati sint, possint habere duas litteras et formam taxe specialis.

^a iidem fehlt Padova 64; VL 12102 ipsi

66.

Item, quod ipsi pauperes^a extra^b suam provinciam locari possint, si ibidem per sex^c annos moram traxerint, vel^d etiam in^e aliis diocesis, ubi suam perpetuam elegerint mansionem^f, et quod^g caveatur^h in litteris, quod perⁱ procuratores acceptare et sibi provideri facere possint.

^a Firenze 64 folgt clerici

^b extra Sevilla 7 iuxta

^c sex VL 12102 VI

^d vel fehlt Sevilla 7

^e in fehlt Padova 64

^f mansionem Augsburg 238 mentionem

^g quod Augsburg 238 quo

^h caveatur Padova 64 teneatur

ⁱ per fehlt Padova 64

67.

Item, quod^a illis, qui tanto tempore in curia Romana steterint, quod ibidem de laudabili vita et honesta eorum^b conversatione constare potest^c, dentur executores in curia, alioquin extra curiam, cum clausula „Quod, si non omnes, duo aut unus^d eorum“ etc.

^a Padova 64 folgt de

^b eorum fehlt Augsburg 238, VL 12102

^c potest fehlt Padova 64, Sevilla 5

^d duo aut unus Padova 64 ut unus

De gratiis^a expectativis^b

^a gratiis fehlt Padova 64

^b De - expectativis fehlt Sevilla 5; Sevilla 7 folgt in forma divitum

68.

In primis voluit idem dominus noster, quod^a pro religiosis littere super expectativis gratiis non expediantur, nisi particularis et extra rotulum signatura desuper suffragetur.

^a quod fehlt Augsburg 238

69.

Item, quod per^a „Fiat ut petitur“ dentur due collationes etc. ac cum clausula, si petatur, „Etiam ratione dignitatum, personatum, administrationum et officiorum, que ibidem obtinent“^b, et in^c partibus Italie totidem beneficia, etiamsi alterum eorum^d canonicatus et prebenda ecclesie^e cathedralis fuerit, ac in aliis partibus unum beneficium dumtaxat quodque canonicatus et prebenda cum prestimoniis^f, prestimonialibus portionibus, oblegiis, additamentis, ferculis et supplementis unius canonici cedentis vel decedentis^g, quorum quidem^h prestimoniorum etc., si pro magistrisⁱ, licentiatis, baccalariis formatis in theologia aut doctoribus vel cum rigore examinis licentiatis in iure canonico vel civili seu magnis nobilibus, sexaginta^j et, si pro aliis gratie huiusmodi fuerint, triginta^k librarum Turonensium parvorum vel tantundem^l in alia moneta fructus^m etc. secundum taxationem decimeⁿ valorem annum non excedant, ac etiam canonicatus et prebenda nec non dignitas, personatus etc. cathedralis seu collegiate ecclesie pro uno beneficio computentur.

^a per fehlt Padova 64

^b personatum – obtinent fehlt Firenze 64

^c in fehlt Sevilla 7

^d eorum fehlt Padova 64

^e ecclesie fehlt Firenze 64

^f Sevilla 7 folgt est

^g vel decedentis fehlt Padova 64

-
- ^h quorum quidem *Sevilla 5* quorumcumque
ⁱ magistris *VL 12102* magis doctibus
^j sexaginta *VL 12102, Firenze 64, Sevilla 7 LX*
^k triginta *fehlt Augsburg 238; Firenze 64, Sevilla 7 XXX*
^l gratie - vel tantundem *fehlt VL 12102*
^m vel tantundem – fructus *Firenze 64* etc.
ⁿ taxationem decime *Firenze 64* comunem extimationem

70.

Item, quod loco verborum „Cum prestimoniis“ etc. non ponantur verba „Et prestimonia“.

71.

Item^a, in partibus ultramontanis extra Daciam, Swetiam, Norwegiam, Scotiam et Hiberniam nulli nisi magistris, licentiatis, baccalariis formatis in theologia aut doctoribus seu cum rigore examinis licentiatis in iure canonico vel civili aut in artibus, qui post suorum in illis graduum susceptionem per biennium^b rexerint seu studuerint, vel in medicina magistris aut, qui per sex annos studuerint, in altero ex^c iure huiusmodi baccalariis vel apostolice sedis officialibus et legitime natis nobilibus detur per expectativas ad canonicatus et prebendas vel dignitates etc. cathedralium ecclesiarum; et quia numerus abbreviatorum magnus est, illi dumtaxat ex eis, quoad hoc^d, sub dictis officialibus comprehendantur, qui de aliquo parco^e pro^f litteris expediendis apostolice Cancellarie fuerint vel desuper a prefato domino nostro per^g reformationem vel alias habuerint signaturam specialem.

-
- ^a *Padova 64, VL 12102* folgt quod
^b biennium *Sevilla 5* triennium
^c ex *fehlt Augsburg 238*
^d hoc *fehlt Padova 64*
^e parco *fehlt Augsburg 238*
^f pro *fehlt Sevilla 7*
^g per *fehlt Firenze 64*

72.

Item detur magistris, licentiatis, baccalariis formatis in theologia ac doctoribus in iure canonico vel civili et magnis nobilibus unum beneficium cuiuscumque taxe.

73.

Item magistris in medicina et in iure canonico vel civili licentiatis in partibus quoad taxationem decime ad medietatem reductis, si cum cura, LXXX^a et, si sine cura, LX^b, sed in aliis

non reductis, si cum cura, centum et XX^c, si vero sine cura, LXXX^d librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime^e.

^a LXXX *Augsburg 238, Sevilla 5 octuaginta*

^b LX *Augsburg 238, Sevilla 5 sexaginta*

^c centum et XX *Sevilla 5 centum et viginti; VL 12102 CXX*

^d LXXX *Sevilla 5 octuaginta*

^e quoad – decime *fehlt Padova 64*

74.

Item baccalariis in theologia non formatis et magistris in artibus ac in iure canonico vel civili^a baccalariis^b et in medicina licentiatis in partibus^c reductis, si cum cura, LX^d et, si sine cura, XL^e, ac in partibus^f non reductis, si cum cura, centum^g et, si sine cura, LXX^h librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime.

^a *Sevilla 5, Sevilla 7 folgt licentiatis*

^b ac – baccalariis *fehlt VL 12102*

^c Item partibus *fehlt Padova 64*

^d LX *Sevilla 5 sexaginta; Padova 64 septuaginta*

^e XL *Sevilla 5 quadraginta*

^f partibus *fehlt Augsburg, VL 12102, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7*

^g centum *Sevilla 7, VL 12102 C*

^h LXX *Augsburg 238, Sevilla 5 septuaginta*

75.

Item regularibus non graduatis in partibus reductis^a LX^b et in partibus^c non reductis LXXX^d librarum Turonensium parvorum secundum taxationem decime.

^a reductis *fehlt Augsburg 238*

^b LX *Padova 64 septuaginta; Sevilla 5 sexaginta*

^c in partibus *fehlt Padova 64; partibus fehlt Augsburg 238, Sevilla 7, VL 12102*

^d LXXX *Augsburg 238, Padova 64, Sevilla 5 octuaginta*

76.

Item in Alamania cum argenti nec non in Anglia, Scotia et Ibernia cum sterlingorum marchis detur^a secularibus non graduatis, si cum cura, XXV^b et, si sine cura, XVIII^c nec non regularibus XXX^d marcharum secundum taxationem decime.

^a detur *fehlt Sevilla 7*

^b XXV *Padova 64, Sevilla 5 viginti quinque*

^c XVIII *Augsburg 238, Padova 64, Sevilla 5 decem et octo*

^d XXX *Padova 64, Sevilla 5 triginta*

77.

Item in Italia, si cum cura, LX^a et, si sine cura, XL^b florenorum auri de Camera^c secundum taxationem decime.

^a LX *Augsburg 238, Sevilla 5 sexaginta*

^b XL *Augsburg 238, Sevilla 5 quadraginta*

^c de Camera *fehlt Sevilla 5*

78.

Item in forma pauperum in partibus Gallicanis reductis, si cum cura, triginta^a et, si sine cura, XXV^b, in non reductis vero, si cum cura, L^c et, si sine cura, XXX^d; in Hispania autem et Aragonia, si cum cura, XL^e et, si sine cura, XXV^f librarum Turonensium parvorum; in Almania, si cum cura, XX^g et, si^h sine cura, XVⁱ marcharum argenti^j; in Anglia vero, Scotia et Iberniam, si cum cura, XXX^k et, si sine cura, XX^l marcharum sterlingorum secundum taxationem decime.

^a triginta *Firenze 64, Sevilla 7 XXX*

^b XXV *Padova 64, Sevilla 5, VL 12102 vigintiquinque*

^c L *Padova 64, Sevilla 5 quinquaginta; VL 12102 XL*

^d XXX *Padova 64, Sevilla 5 triginta*

^e XL *Augsburg 238, Sevilla 5 quadraginta; Padova 64 LX*

^f XXV *Sevilla 5 vigintiquinque*

^g XX *Sevilla 5 viginti*

^h si *fehlt Sevilla 5*

ⁱ si cum cura XX et si sine cura XV *Padova 64* si sine cura XV et si cum cura viginti; XV *Sevilla 5 quindecim*

^j argenti *fehlt Padova 64, Sevilla 5*

^k et si sine cura XV marcharum - XXX *fehlt Augsburg 238; XXX Padova 64, Sevilla 5 triginta*

^l XX *Augsburg 238, Padova 64, Sevilla 5 viginti*

79.

Item, quod^a privilegiis, statutis seu consuetudinibus^b de optando vel assequendo maiores aut alias prebendas vel obtinendis per illos^c, qui canonici cathedralium ecclesiarum aut in eis beneficiati non fuerint, prestimoniis, prestimonialibus portionibus seu simplicibus beneficiis ac non recipiendis illegitimis et dumtaxat graduatis nullatenus derogetur, nisi seorsum sufficiens signatura desuper^d habeatur.

^a *Padova 64 folgt in*

^b consuetudinibus *Firenze 64 consuetis*

^c illos *Padova 64 ipsos*

^d desuper *fehlt Augsburg 238*

80.

Item, quod magistri, licentiati ac baccalarii formati^a in theologia nec non doctores seu^b cum rigore examinis licentiati in iure canonico vel civili reliquis etiam sub pari vel maiori data

expectantibus in assecutione parochialium ecclesiarum habentium communi, que secundum famam^c publicam attendatur^d, extimatione^e duo milia communicantium omnino preferantur.

^a formati *fehlt Sevilla 7*

^b seu *fehlt Padova 64*

^c famam *Augsburg 238, Padova 64, Sevilla 7* formam

^d communi – attendatur *fehlt Sevilla 5*

^e *Padova 64 folgt ein unleserliches durchgestrichenes Wort; Sevilla 5 extimationem*

81.

Item, quod in partibus ultramontanis dignitates, licet maiores vel principales non sint, ratione quarum eas obtinentes pro tempore capitulis preesse et singularum personarum ibidem exercere^a curam animarum habuerint, per alios quam magistros, licentiatos seu baccalarios formatos in theologia aut doctores seu licentiatos in iure canonico vel civili aut in medicina vel in artibus, qui post suorum in eis graduum susceptionem per triennium rexerint vel studuerint, magistros aut apostolice sedis officiales vigore seu pretextu litterarum super expectativis gratiis acceptari non possint.

^a exercere *VL 12102 exercertium*

82.

Item, quod^a doctores in iure canonico vel civili ac in theologia vel in medicina et, qui per aliquos annos rexerint ac legerint^b, in artibus magistri nec non in aliquo ex iure vel theologia huiusmodi cum^c rigore examinis licentiatii ac baccalarii in ipsa theologia non examinentur.

^a quod *fehlt Augsburg 238, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7*

^b legerint *Padova 64* diligerint

^c cum *Sevilla 7* non

83.

Item hospitalia, domus leprosorum aliaque pia loca nec non laicis assignari solita et claustralia officia^a sub expectativis gratiis minime comprehendantur.

^a officia *Firenze 64* hospitia

84.

Item^a nullus vigore expectative gratie vel revalidationis eius litteris desuper non confectis aliquod beneficium acceptare valeat et alias acceptatio huiusmodi nullius sit roboris vel momenti.

^a *Sevilla 7 folgt quod*

85.

Item voluit et ordinavit, quod quicumque vigore gratiarum expectatarum acceptaverint quecumque beneficia ecclesiastica secularia vel regularia cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebenda ac dignitates, personatus vel officia seu administrationes fuerint, teneantur et debeant infra unius mensis spatium a tempore huiusmodi acceptationis computandum de huiusmodi beneficiis per eos, ut prefertur, acceptatis sibi per suos executores vel sub executores^a facere provideri, alioquin lapso dicto mense huiusmodi acceptationes per eos facte et quecumque inde secuta quoad numerum et qualitatem beneficiorum, que acceptationes concernerent vel concernere possent, eo ipso sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti; et quod infra tres menses ex tunc immediate sequentes teneantur huiusmodi acceptationes in loco beneficii publicare, alias gratia^b, acceptatio et provisio huiusmodi sint nulle. Presentes tamen in Romana curia publicationes huiusmodi in Audientia contradictarum per auditores eiusdem vel tempore vacationum et, quotiens Audientia huiusmodi non tenetur, in Cancellaria apostolica coram inibi presidentibus per illius notarium fieri facere possint, ipseque notarius pro singulis protocollis de duobus bollandinis et pro instrumentis, que desuper confecerit, de^c quattuor grossis Turonensium contenteret. Ac decrevit idem dominus noster, si dictos acceptantes^d in habendis provisionibus et faciendis publicationibus huiusmodi deficere vel negligentes esse contingerit, quod locorum ordinarii, ad quos id^e alias pertinuerit, perinde de dictis beneficiis post prefatos menses disponere possint, ac si^f gratie predicte etiam cum decretis irritantibus nullatenus emanassent.

^a vel sub executores *fehlt Firenze 64*

^b gratia *Padova 64* gratiarum

^c de *Padova 64* et

^d acceptantes *Firenze 64* acceptationes; *Padova 64* habens

^e id *Firenze 64* ad

^f si *fehlt Padova 64*

86.

Item voluit, quod^a, ubi plures ad eandem ecclesiam vel collationem etc. sub diversis datis expectantes^b fuerint, etiam habentes inibi de minoribus datis gratias sub illis cadentia beneficia, iuxta formam litterarum desuper confectarum^c acceptare nec non eis^d de illis provideri facere valeant, salvo quod in datis^e huiusmodi potiores, si in faciendis acceptationibus, provisionibus et publicationibus requisitis non defecerint, reliquis^f in ipsorum beneficiorum assecutione preferantur et, si^g defecerint, pro reliquis predictis acceptationes, provisiones et publicationes rite facte iuris ordine sortiantur effectum, non obstantibus decretis inibi contentis et aliis contrariis quibuscumque.

^a quod *fehlt Padova 64*

^b expectantes *Firenze 64* exspectantibus

^c confectarum *Padova 64* effectarum

^d eis *fehlt Padova 64*

^e in datis *Padova 64* data

^f reliquis *fehlt Augsburg 238*

^g si *fehlt Padova 64*

87.

Item voluit idem dominus noster, quod, si super quocumque beneficio causam committi faciens infra annum a die, qua iudici desuper commissio huiusmodi presentata fuerit, singula, quibus uti dicta die potuisset, iura non produxerit nec non^a omnes inde^b substantiales terminos observari fecerit, beneficium ipsum deinceps propterea litigiosum minime reputetur.

^a nec non *fehlt Padova 64*

^b inde *Padova 64* cause

88.

Item voluit, statuit et ordinavit, quod nullus vigore cuiuscumque expectative gratie per ipsum dominum nostrum sibi de canonicatu cum reservatione^a prebende ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii ac prestimoniorum, prestimonialium portionum et simplicium beneficiorum sub quacumque verborum^b forma concedendarum^c aliquod servitorium beneficium acceptare vel de illo sibi^d provideri facere possit, decernens irritum^e etc.^f

^a cum reservatione *Sevilla 7* sub expectatione

^b verborum *fehlt Padova 64, Sevilla 5*

^c concedendarum *Padova 64, Sevilla 7* concedendorum

^d sibi *Padova 64* si

^e *Padova 64* folgt et inane

^f decernens irritum etc. *fehlt Sevilla 5*

89.

Item statuit et ordinavit, quod nullus in antea vigore cuiusvis expectative gratie quodcumque beneficium ecclesiasticum dispositioni apostolice generaliter reservatum, etiamsi alias sub huiusmodi gratia comprehendi videretur, acceptare et de illo sibi provideri facere possit sive debeat, decernens idem dominus noster irritum et inane, quidquid secus contigerit attemptari.

De potestate domini vicecancelarii et Cancellariam apostolicam regentis^a

^a De – regentis *fehlt Sevilla 5*

90.

Primo, quod possit committere absolutionem eorum, qui ignoranter in supplicationibus vel litteris^a aliquid scriberent, corrigerent vel delerent.

^a vel litteris *fehlt Augsburg 238; Padova 64 folgt apostolicis*

91.

Item, quod possit corrigere nomina et cognomina personarum ac beneficiorum, dumtamen de corpore constet.

92.

Item, quod possit omnes causas beneficiales etiam non devolutas committere in curia^a cum potestate citandi ad partes.

^a *Sevilla 5 folgt etiam*

93.

Item, quod processus auctoritate apostolica decretos aggravare possit cum invocatione auxilii^a brachii secularis ac sententias executioni demandari facere etiam contra intrusos et intrudendos per litteras apostolicas desuper conficiendas et non alias^b.

^a auxilii *fehlt Sevilla 5*

^b et non alias *fehlt Padova 64*

94.

Item, quod possit concedere quibusvis petentibus conservatorias ad triennium in forma.

95.

Item quibuslibet nobilibus personis petentibus indultum de^a celebrando et celebrari faciendo ante diem et in locis interdictis ac per triennium reconciliari^b faciendo ecclesias et cimiteria polluta^c in forma.

^a de *fehlt Padova 64*

^b reconciliari *Padova 64* reconsiliari

^c polluta *fehlt Augsburg 238*

96.

Item dominis terrarum et locorum nec non abbatibus et per priores gubernari solitorum monasteriorum prioribus ac superioribus prelatis nec non magnorum principum consiliariis altare portatile in forma.

97.

Item protonotariis ac litterarum apostolicarum scriptoribus et, de^a quibus iuxta illorum sufficientiam et idoneitatem sibi videbitur, abbreviatoribus sua officia^b in Romana curia pro tempore exercentibus indultum de percipiendis in absentia suorum beneficiorum fructibus, etiamsi alias eis tale indultum quavis auctoritate concessum fuerit.

^a de *fehlt Sevilla 7*

^b officia *Padova 64* beneficia

98.

Item, quod possit recipere et admittere resignationes beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet etiam generaliter vel specialiter reservatorum simpliciter vel ex causa permutationis et desuper supplicationes per „Concessum“ signare pro litteris apostolicis inde conficiendis, ut moris est^a.

^a est *Augsburg 238, Sevilla 7* fuit

99.

Item, quod possit^a signare supplicationes duorum^b referendariorum manibus signatas de novis provisionibus „Si neutri“ surrogationibus pro colligantibus, in quibus non detur^c clausula „Generalem reservationem importans“.

^a possit *fehlt Padova 64*

^b duorum *Padova 64* etiam

^c non detur *fehlt Augsburg 238*

100.

Item, quod possit^a signare supplicationes etiam duorum^b referendariorum manibus signatas de beneficiis ecclesiasticis vacantibus secularibus et regularibus dispositioni apostolice generaliter non reservatis, quorum cuiuslibet valor^c centum florenorum auri de Camera vel totidem librarum Turonensium parvorum seu tantundem in alia moneta secundum communem^d estimationem non excedat.

^a possit *fehlt Padova 64*

^b duorum *fehlt Padova 64, Sevilla 5*

^c valor *Augsburg 238, Sevilla 7* valorum

^d communem *Padova 64* consuetudinem

101.

Item, quod possit signare supplicationes manu unius referendarii signatas super defectu natalium ad omnes sacros ordines et ad duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura se invicem compatientia, etiamsi canonicatus et prebende vel officia collegiatarum ecclesiarum fuerint.

102.

Item, quod in gratiis expectativis concedere possit ad obtinenda beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia cum cura etatis defectum patientibus, qui^a vicesimum sue etatis annum peregerint et de quibus sibi^b, quod alias ad hoc idonei sint, fides facta^c fuerit, quod huiusmodi eorum gratie ad ipsa beneficia, dignitates, personatus, administrationes ac officia valeant suumque sortiantur effectum et quod illarum vigore, quamprimum ad etatem legitimam pervenerint, huiusmodi beneficia, dignitates, personatus, administrationes vel officia^d acceptare et de illis sibi provideri facere ac ea recipere et retinere valeant.

^a qui *Padova 64* in

^b sibi *fehlt Sevilla 7*

^c facta *fehlt Padova 64*

^d valeant – officia *fehlt Padova 64*

103.

Item, quod in expectativis pro nobilibus et graduatis saltem viginti^a annos habentibus et ad obtinenda beneficia, dignitates, personatus^b, administrationes vel officia cum cura defectum etatis patientibus^c ad illa dispensationum supplicationes signare possit de duobus annis.

^a viginti *Sevilla* 7 XX

^b personatus *fehlt Padova* 64

^c *Augsburg* 238, *Firenze* 64 folgt et

104.

Item, quod in expectativis et de^a beneficiis generaliter vel specialiter non^b reservatis impetrationum quarumlibet reformationes de non obstantiis et dispensationibus omissis ac beneficiorum valoribus et qualitatibus nataliumque defectibus signare possit.

^a de *fehlt Sevilla* 5

^b non *fehlt Padova* 64

105.

Item, quod sufficientibus et idoneis et de quibus, quod tales sint, ei facta fides extiterit, in expectativis signare possit ad maiores ecclesiarum prebendas, in^a quibus iuxta^b illarum statuta et consuetudines de minoribus ad maiores gradatim fieri deberet^c ascensus^d.

^a in *fehlt Sevilla* 7

^b iuxta *fehlt Sevilla* 7

^c deberet *Sevilla* 5 debet

^d ascensus *Augsburg* 238, *Firenze* 64 assensus

106.

Item, quod possit ad ordines suscipiendos artatis prorogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus usque ad proxima tunc a iure statuta tempora, in quibus sic artati successive ad ipsos ordines promoveantur.

Lecte et publicate^a fuerunt prescripte regule in Audientia apostolicarum^b litterarum contradictarum, die vicesima secunda^c mensis aprilis anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto^d, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini^e Calixti pape tertii anno primo¹, Malatesta^f auditor².

¹ 1455 April 22.

² *Malatesta de Capitaneis*.

^a et publicate *fehlt Augsburg 238, Padova 64, Sevilla 5, Sevilla 7*

^b apostolicarum *fehlt Padova 64; Firenze 64 apostolica*

^c vicesima secunda *Firenze 64 XXII*

^d millesimo - quinto *Padova 64 MCCCCL quinto; Sevilla 5 MCCCCLV*

^e domini *fehlt Augsburg 238*

^f M *Firenze 64 N*

De expectativis^a

^a De expectativis *fehlt Padova 64; Sevilla 7 Regule de mensibus apostolicis et ordinariis*

107.

DE TRIBUS ... VACATURIS, UT VI MENSIV EPISCOPORUM, LEGATORUM ET PAPE^a.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Calixtus papa tertius^b volens se prelati et aliis personis ecclesiasticis, ad quos dignitatum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio pertinet, in gratiarum et favorum impendiis reddere liberalem, in crastinum assumptionis sue ad summi apostolatus apicem^{c1} eisdem prelati et personis de quibusvis^d dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis nec non aliis beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et regularibus ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem pertinentibus, que ex tunc in martii, iunii, septembris et decembris mensibus vacare contigerit, dummodo dispositioni apostolice alias quam per expectativas gratias reservata non fuerint, perinde ac si aliquem^e a sede apostolica^f vel eius legatis expectative gratie aut per eas reservationes de^g illis non^h emanarent, libere disponendi concessit facultatem. De illis vero, que in reliquis mensibus vacaverint, expectativas gratias ad eadem beneficia pro tempore habentibus vel aliisⁱ per sedem ipsam seu eius legatos dumtaxat voluit provideri, nisi iuxta^j concordata pro unione universalis ecclesie^k id^l fuerit concessum. Si vero infra tres menses a die vacationis cuiuscumque beneficii, quod in aliquo dictorum reliquorum non nominatorum octo mensium vacaverit, alicui de illo auctoritate apostolica vel^m per legatum sedis ipsius aut vigore alicuius gratie expectative cum debita diligentia publicationisⁿ, acceptationis et provisionis de illo factarum provisum non fuerit, collatio et^o provisio, si que de illis post decursum eorundem^p trium mensium ordinaria auctoritate alias canonice facte fuerint, valide et efficaces censeantur. Et insuper decrevit irritum et inane, quidquid^q de illis, que^r in prenomi-

¹ 1455 April 21.

natis octo ante dictorum trium mensium decursum^s, obtentu gratiarum expectatarum seu per litteras dictorum legatorum^t, et de aliis, que in reliquis quattuor mensibus predictis vacaverint, beneficiis huiusmodi per ordinariorum dispositionem in contrarium contigerit attemptari^u.

^a De – pape VL 12102 von anderer Hand

^b tertius Firenze 64 III; VL 12102, Sevilla 5 folgt in crastinum assumptionis sue ad summi apostolatus apicem voluit statuit et ordinavit

^c in crastinum – apicem fehlt Sevilla 5, VL 12102

^d quibusvis Padova 64 quibus

^e alique VL 12102 aliquas

^f gratias - apostolica fehlt Sevilla 7

^g de fehlt VL 12102

^h non fehlt Padova 64

ⁱ aliis Padova 64 alias

^j iuxta fehlt Sevilla 7

^k Sevilla 5 folgt pro natione germanica aliud

^l id fehlt Sevilla 5, Sevilla 7; VL 12102 folgt eis

^m vel fehlt Padova 64, Sevilla 7, VL 12102

ⁿ publicationis fehlt Firenze 64

^o et fehlt Sevilla 7

^p eorundem fehlt Firenze 64

^q quidquid fehlt VL 12102

^r illis que fehlt Padova 64

^s Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7 folgt per ordinariorum dispositiones et de aliis, que in reliquis quattuor mensibus predictis vacaverint, beneficiis huiusmodi

^t Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7 folgt in contrarium contigerit attemptari

^u et de aliis – attemptari fehlt Firenze 64, Padova 64, Sevilla 7

108.

Item idem dominus noster in favorem curiam Romanam pro tempore sequentium^a voluit, statuit et decrevit, quod omnes et singuli, qui^b tempore vacationis beneficiorum, que vigore gratiarum expectatarum ipsis per dictum dominum nostrum concessarum acceptaverint et in^c antea per sex menses proximos continue in dicta curia presentes fuerint^d, si sint nobiles maiores quam simplices militares aut^e magistri vel baccalarii formati^f in theologia aut doctores seu licentiati cum rigore examinis in studio generali in aliquo iurium seu simul in artibus et medicina magistri^g seu officiales apostolice sedis, quos dictis graduatis equiparari voluit, aliis similiter qualificatis absentibus et, si ipsi presentes sint, simplices non taliter qualificati aliis eis similibus absentibus^h in quorumcumque beneficiorum quarumvis qualitatum et quanticumqueⁱ valoris nec non iidem simplices non sic qualificati presentes etiam dictis, ut prefertur, qualificatis absentibus in^j quorumcumque beneficiorum, que canonicatus et prebende cathedralium ecclesiarum aut dignitates non sint^k, dummodo illorum fructus XXXV^l florenorum auri de Camera secundum communem estimationem valorem^m annum non excedant, assecutione in paritate date gratiarum suarum omnino pre-

ferantur quacumque diligentia non obstante. Et inter prefatos officiales illos litterarum apostolicarum abbreviatores dumtaxat comprehendi voluit, qui ad assistendum sancte Romanae ecclesieⁿ vicecancellario seu Cancellariam apostolicam regenti in expeditione litterarum^o in aliqua presidentia fuerint deputati^p.

^a sequentium *Padova 64* presenti

^b *Padova 64* folgt pro

^c in *fehlt Sevilla 7*

^d fuerint *fehlt Firenze 64, Sevilla 7*

^e nobiles - aut *Padova 64, Sevilla 7* magni nobiles

^f *Sevilla 5* folgt seu simul in artibus et medicina magistri seu

^g seu simul – magistri *fehlt Sevilla 5*

^h et si - absentibus *fehlt Firenze 64*

ⁱ quanticumque *Firenze 64, Sevilla 5* quantitatum

^j in *fehlt Padova 64*

^k sint *Padova 64* sunt

^l XXXV *Sevilla 7* trigintaquinque

^m valorem *fehlt Padova 64*

ⁿ ecclesie *Firenze 64* et

^o in - litterarum *fehlt Firenze 64, Sevilla 5*

^p in dicta - deputati *fehlt VL 12102*

109.

Item voluit, statuit et ordinavit, quod in quibuscumque expectativis^a gratiis nulla^b detur dispensatio, nisi dumtaxat ad effectum gratie huiusmodi, ne post dat(am) gratie huiusmodi minus canonice gesta vel facta per anticipationem dat(e) in alicui iuris preiudicium validentur et, si qua alia^c dispensatio in litteris super huiusmodi gratia confectis contineatur, illi non stetur nec secundum eam iudicetur, sed sit prorsus irrita et inanis.

^a expectativis *fehlt Sevilla 7*

^b nulla *Firenze 64* nulli

^c si qua alia *Padova 64* quia alias

110.

Item voluit, statuit et ordinavit idem dominus noster, quod nullus duabus gratiis expectativis, etiamsi altera earum motu proprio concessa fuerit, nisi una illarum tempore date^a concessionis alterius consumpta fuerit, uti possit, sed, si tales due gratie altera non consumpta sibi concesse fuerint, et expeditis super utraque earum litteris apostolicis in expeditione litterarum, quas postremo expediri fecerit, non fecerit mentionem de prima vel^b non elegerit vel mentem suam super hoc, qua gratiarum huiusmodi uti voluerit, in presidentia Cancellarie apostolice coram ipsius Cancellarie notario non declaraverit, effectum careat utriusque gratiarum earundem.

Placet et publicentur et ponantur in libro Cancellarie, A<lonsus>^{c1}.

¹ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

^a *date fehlt Firenze 64*

^b *non fecerit – vel fehlt Padova 64, Sevilla 7*

^c *Placet – A fehlt Padova 64, Sevilla 7*

111.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Calixtus papa tertius^a, XV^b kalendas octobris pontificatus sui anno primo¹, voluit, statuit et ordinavit, quod de cetero quecumque concessionum gratie et mandata, etiam motu proprio et cum derogatione huius constitutionis, que ab eo pro quibuscumque personis emanaverint, de providendo eis de quibusvis beneficiis vacaturis per promotionem quorumcumque ad ecclesiarum et monasteriorum quorumlibet^c regimina, si huiusmodi concessionem et mandata diem promotionis promovendorum ipsorum precesserint cum inde secutis pro tempore, sint cassa et irrita nulliusque roboris vel momenti.

Placet, ut supra, A<lonsus>². Io<hannes> Zamorensis³.

Lecte fuerunt suprascripte regule seu constitutiones in Cancellaria apostolica, die XVIII septembris MCCCCLV^{d4}.

¹ *1455 September 17.*

² *Alfonsus Borja = Calixt III.*

³ *Johannes de Mella.*

⁴ *1455 September 18.*

^a *in – tertius Firenze 64 etc.*

^b *XV Firenze 64, Sevilla 5 quinto decimo*

^c *quorumlibet fehlt Firenze 64, Sevilla 5*

^d *Placet – MCCCCLV fehlt Padova 64, Sevilla 7; Johannes – MCCCCLV fehlt Sevilla 5*

112.

Sanctissimus etc. semestre super expediendis litteris in forma „Rationi congruit“ iuxta quandam per eum editam desuper constitutionem prefixum ab illius fine usque ad aliud semestre ex tunc secuturum inclusive alias iuxta tenorem constitutionis predictae gratiose prorogavit.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, A<lffonsus>¹. Io<hannes> Zamorensis^{a2}.

¹ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

² *Johannes de Mella.*

^a *Layoutendnote*

113.

Sanctissimus etc., ut ambitiosis vice precludatur plura sibi, quam ipsorum merita exigunt, beneficia contumelandi, voluit, quod de cetero in quibuscumque impetrantibus beneficiabilibus ab eo in antea obtinendis non obstantibus beneficiales impetrantium exprimantur et quecumque statim post publicationem presentium pro presentibus in Romana curia, elapsis IIII mensibus post eandem publicationem pro absentibus, super huiusmodi impetrationibus sine expressione dictarum, non obstante pretextu impetrande fortassis concessionis, quod non obstante huiusmodi pro expressis habeantur, expediende littere nullius sint roboris vel momenti.

Placet, quod ponatur in Cancellaria, A<lffonsus>¹.

Lecta et publicata fuit prescripta regula sive constitutio in Cancellaria apostolica, sexta², et in Audientia litterarum contradictarum, septima mensis octobris anno domini MCCCCLV, pontificatus etc. anno primo^{a3}.

¹ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

² *1455 Oktober 6.*

³ *1455 Oktober 7.*

^a *Layoutendnote*

114.

Sanctissimus etc. terminum de expediendis litteris in forma „Rationi congruit“ iuxta quandam per eum desuper editam constitutionem prefixum et successive ab illius fine usque ad semestre prorogatum ab eiusdem semestris exitu usque ad aliud semestre ex tunc secuturum inclusive alias iuxta <tenorem> constitutionis predictae gratiose prorogavit.

Fiat, A<lffonsus>¹. Io<hannes> Zamorensis^{a2}.

¹ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

² *Johannes de Mella.*

^a *Layoutendnote*

115.

Sanctissimus etc., in die XIX mensis iunii pontificatus sui anno secundo¹, omnibus curiam Romanam sequentibus, qui recreationis causa^a se ab ipsa curia in antea absentaverint, gratiose concessit et usque ad kalendas octobris² proxime futuris huiusmodi durante absentia omnibus antelationum prerogativis quoad gratias suas expectativas gaudere possint, quibus gauderent, si in dicta curia remansissent et essent vere presentes, alias in omnibus iuxta constitutionem per eum super huiusmodi prerogativis edite continentiam et tenorem.

Placet et ponatur in libro, A\lfonsus³. Io\hannes⁴ Zamorensis⁴.

Lecta in Audientia, die veneris, XXV mensis iunii MCCCCLVI^{b5}, Marchus episcopus Alexandrinus⁶.

¹ 1456 Juni 19.

² 1456 Oktober 1.

³ Alfonsus Borja = Calixt III.

⁴ Johannes de Mella.

⁵ 1456 Juni 25.

⁶ Marcus de Marinaribus.

^a causa Firenze 64 tam

^b MCCCCLVI Firenze 64 MCCCCLXVI

116.

Sanctissimus etc. intendens, prout eius incumbit officio tam circa beneficia ecclesiastica, de quibus per eum pro tempore gratiose dispositum fuerit, ne sine canonico titulo per quosvis occupentur, quam etiam circa illos, quibus huiusmodi gratie facte sunt, ne in eorum nec non aliorum dispendium super ipsis gratiis apostolicas litteras expediri facere nimium protrahant, opportune providere, die sabbati, undecima mensis septembris pontificatus sui anno secundo¹, voluit, statuit et ordinavit, quod a tempore publicationis statuti et ordinationis eorundem singuli super gratiis eis hactenus concessis a presentium et concedendis ab illarum datis de generaliter reservatis infra sex menses et aliis vacantibus vel certo modo vacaturis beneficiis infra annum litteras apostolicas totaliter expediri facere nec non earum executoribus presentare debeant, alioquin ipsis facte gratie huiusmodi et quecumque inde secuta nullius sint roboris vel momenti.

¹ 1456 September 11.

Placet, quod ponatur in libro Cancellarie, A\lfonsus². Io\hannes³ Zamorensis³.

Lecta fuit suprascripta regula seu constitutio in Cancellaria apostolica, die lune XIII mensis septembris anno domini MCCCCLVI^{a4}.

² *Alfonsus Borja = Calixt III.*

³ *Johannes de Mella.*

⁴ *1456 September 13.*

^a *Layoutendnote*

117.

Sanctissimus etc. terminum de expediendis litteris in forma „Rationi congruit“ iuxta quandam per eum desuper editam constitutionem perfixum et successive ab illius fine usque ad unum primo et deinde usque ad aliud semestre prorogatum ab eiusdem ultimi semestris fine usque ad aliud semestre ex tunc futurum inclusive gratiose prorogavit.

Placet et ponatur in libro, A\lfonsus^{a1}.

¹ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

^a *Layoutendnote*

118.

Sanctissimus etc. terminum sex mensium de expediendis et executoribus presentandis litteris super gratis concessis et concedendis per eum de quibusvis beneficiis vacantibus dispositioni apostolice generaliter reservatis quibusvis personis prefixum a fine dicti termini usque ad aliud ex tunc proximi semestre tempus prorogavit inclusive.

Placet et ponatur in libro, A\lfonsus^{a1}.

¹ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

^a *Layoutendnote*

119.

Sanctissimus etc. terminum de expediendis litteris et ipsas executoribus presentandis super gratis concessis et concedendis per eum de quibusvis beneficiis vacantibus dispositioni apostolice generaliter reservatis quibusvis personis prefixum et ab illius fine usque ad semestre successive prorogatum ab eiusdem semestris exitu usque ad aliud semestre nec non aliis vacantibus vel certo modo vacaturis beneficiis ad annum iuxta quandam per eum

editam constitutione[m] prefixum ab illius fine usque ad aliud ex tunc etiam proximi semestre tempus inclusive gratiose prorogavit.

Placet et ponatur in registro, Alfonsus^{a1}.

¹ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

^a *Layoutendnote*

120.

Sanctissimus in Christo pater dominus Calixtus papa III, qui dudum sub data kalendis octobris pontificatus sui anno primo¹ in favorem quorundam familiarium suorum continuorum commensalium tunc nominatim expressorum motu proprio decrevit et ordinavit ipsisque familiaribus concessit, quod ipsi in assecutione quorumcumque canonicatum et prebendarum nec non dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, prestimoniorum, prestimonialium portionum et simplicium ac quorumcumque aliorum ecclesiasticorum beneficiorum quarumcumque qualitatum, que vigore gratiarum expectatarum eis sub dat(a) duodecimo kalendas maii pontificatus sui anno predicto^{a2} per ipsum concessarum et extensionum ac revalidationum earundem, si quas per eum fieri contingeret, acceptarent et de quibus sibi provideri facerent, omnibus aliis et singulis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel preeminentie forent, canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes, officia, prestimonia, prestimoniales portiones et beneficia huiusmodi quarumcumque litterarum apostolicarum vel legatorum apostolice sedis vigore expectantibus personis, sancte Romane ecclesie cardinalium dumtaxat exceptis, etiamsi ipsi expectantes in ecclesiis, in quibus dicti canonicatus et prebendas forent, in canonicos essent recepti, quacumque etiam diligentia super executione litterarum facta non obstante, omnino preferri deberent nec prerogative, antelationes, facultates, declarationes, concessionem et indulta quecumque, si que in favorem regum aliorumque principum aut prelatorum cuiuscumque excellentie vel preeminentie aut aliorum quarumcumque^b quavis ecclesiastica vel mundana dignitate fungentium seu aliarum personarum etiam motu simili aut consideratione^c eorundem principum vel prelatorum seu alias quacumque verborum forma et cum quibusvis, etiam huiusmodi suis decreto, ordinationi et concessioni expresse derogantibus derogatoriis clausulis a sede predicta eatenus emanassent vel imposterum

¹ 1455 Oktober 1.

² 1455 April 20.

emanarent, cuique adversus voluntatem, decretum, ordinationem et concessionem^d huiusmodi ac super illis confectas litteras quomodolibet suffragarentur, prout in eisdem litteris plenius continetur, volens predictos expressos familiares suos a litium anfractibus relevare et declarationis sue **oraculo** in **termini** et mentem ipsius circa decretum, ordinationem et concessionem predictas cunctas innotescere, declaravit dicta die^e kalendis octobris³ decretum, ordinationem et concessionem predictas in eo, quo dumtaxat cardinalium predictorum personas exceperit, etiam ad quoscumque dicte sedis officiales, etiamsi eiusdem sedis notarii aut capellani aut subdiaconi ac Camere apostolice clerici seu causarum Palatii auditores forent, se a dicta die kalendis octobris debuisse et debere extendere, ne quecumque privilegia, concessiones et indulta ac declarationes, que pro ipsis officialibus et presertim dictis auditoribus sive in Romana curia presentibus sive absentibus a sede predicta sub quacumque verborum forma, etiam simili motu semel aut pluries in genere vel in specie emanasse reperirentur, etiamsi in illis caveretur expresse, quod illis nequaquam derogari posset per quascumque constitutiones, ordinationes, declarationes et litteras apostolicas, nisi in illis de dictorum officialium et auditorum nominibus ac illorum presentia et officiis nec non specialis et expressa ac de verbo ad verbum de concessionibus Romanorum pontificum, que pro illis emanarent, ac declarationibus quibuscumque circa eas factis et alias quam generales, etiam que speciales et expresse **uniu<s>** mentionis importarent clausulas, mentio fieret et quorum omnium tenores presentibus, ac si illis de verbo ad verbum inserti forent, pro expressis haberi voluit quibuscumque quoad hoc, quod sub eiusdem domini nostri Calixti pape III decreto, ordinatione et concessione non comprehenderentur, nullatenus potuisse aut posse aut debuisse et debere suffragari, quinimo quaslibet acceptationes et provisiones, etiam per quoscumque officiales predictos et eis factas de quibusvis beneficiis per ipsos familiares gratiarum huiusmodi vigore expecta**(tivarum)** in preiudicium acceptationum et provisionum per eosdem familiares et **ipsos (!)** factarum et omnia inde secuta pro infectis haberi. Preterea declaravit idem dominus noster papa tempore premissis intentionis sue fuisse et esse, quod per quascumque nominandi seu conferendi mandata, suppressiones, uniones, annexiones et reductiones ad ius commune et alia quevis concessionem et indulta circa ea cum quibusvis, etiam declarationibus et simili motu sub quibusvis verborum formis et aliis clausulis derogatoriis et insolitis quibuscumque personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existant, ac ecclesiis, monasteriis eorumque mensis et capitularibus ac collegiis et univer-

³ (1455) Oktober 1.

sitatibus concessa et in antea concedenda non intendebat neque intendit fieri preiudicium aliquod predictis familiaribus, quo minus ipsi sint potiores in assecutione beneficiorum vigore gratiarum ac extensionum et revalidationum predictarum eis concessarum omnibus supradictis et aliis quibuscumque, etiamsi eis derogatum fuerit expresse, presentem tamen declarationem in eo, in quo supradictos dicte sedis officiales concernit, ad eos, quibus, quod antelationum prerogativis per ipsum supradictis familiaribus concessis quoad effectum suarum gratiarum expectatarum ad instar ipsorum familiarum uti et gaudere possint, concessit, voluit non extendi.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, A<lonsus>⁴. R<odericus>⁵ vicecancellarius.

Lecta et publicata in Cancellaria apostolica supradicta regula seu declaratio, XIII mensis ianuarii anno incarnationis MCCCCLVII, pontificatus etc. anno tertio⁶, A<ntonius> de Racaneto⁷.

⁴ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

⁵ *Rodericus de Lanzol-Borja.*

⁶ *1457 Januar 14.*

⁷ *Antonius Jacobi de Veneriis.*

^a *predicto Firenze 64 predictis*

^b *Firenze 64 folgt unterstrichen principum aut prelatorum*

^c *consideratione Firenze 64 considerationi*

^d *Firenze 64 folgt unterstrichen predictas*

^e *die Firenze 64 due*

121.

Sanctissimus etc. terminum de expediendis litteris et ipsis executoribus presentandis super gratis concessis per eum de quibusvis beneficiis tam vacantibus dispositioni apostolice generaliter reservatis sive non quam certo modo vacaturis quibusvis personis prefixum et successive ad aliud tempus prorogatum a fine ultimi termini huiusmodi usque ad semestre proximi tempus gratiose prorogavit.

Placet et ponatur in libro, A<lonsus>^{a1}.

¹ *Alfonsus Borja = Calixt III.*

^a *Layoutendnote*

122.

Sanctissius etc., cum sue innotuerit providentie nonnullos hactenus in diversis mundi partibus electos in episcopos per suos metropolitanos sive ordinarios consecrandos post ap-

postolos a suis consecratoribus^a ad sedem apostolicam seu alios immediatos superiores interiectas sive legitime devolutas administrationi ecclesiarum, ad quas electi fuerunt, se in spiritualibus et temporalibus temerarie immiscuisse et^b immiscere, munus quaque consecrationis a dictis metropolitanis seu de eorum mandato in contemptum sedis apostolice predictae suscepisse, non attendens, quod per huiusmodi appellationes a^c consecratoribus eorum ad suos superiores interiectas, ut dictum est, consecrationum earundem effectus seu executio de iure suspendi debet, donec de appellationibus ipsis per eosdem superiores fuerit debite cognitum ac plenarie determinatum. Hiis igitur attentis et debita meditatione pensatis, idem sanctissimus dominus noster, videlicet quinto nonas maii pontificatus sui anno quarto¹, de fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio pariter et assensu statuit et decrevit et declaravit, prout per hanc suam constitutionem statuit, decrevit et declarat electos predictos, qui se sic, ut premittitur, administrationi ecclesiarum temerarie immiscuerunt, immiscent seu immiscebunt in posterum, ius, si quod eis competit aut competierit in ecclesiis et ad ecclesias, ad quas electi fuerunt aut essent, perdidisse et amisisse ac perdere et amittere, nec non in penam constitutionis sive c(apituli) Avaritie, de elec(tione) li(bri) VI², penitus incidisse et incidere, perinde, ac si ante huiusmodi constitutiones administrassent seu administrationi se immiscuissent, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, A<lfonso>³. R<odericus>⁴ sancte Romane ecclesie vicecancellarius.

Lecta et publicata in Cancellaria apostolica, die XVIII⁵, et in Audientia contradictarum, XX maii millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Calixti pape III anno quarto^{d6}.

¹ 1458 Mai 3.

² VI 1.6.5.

³ Alfonsus Borja = Calixt III.

⁴ Rodericus de Lanzol-Borja.

⁵ 1458 Mai 18.

⁶ 1458 Mai 20.

^a consecratoribus Firenze 64 conf/cons.nibus

^b Firenze 64 folgt dictum

^c a Firenze 64 ac

^d Layoutendnote

123.

ORDO OLIM CONSUEtus CONSERVARI IN DAT(IS) GRATIARUM EXSPECTATIVARUM.

Prima dat(a), videlicet XII kalendas maii¹, **erit** pro familiaribus sanctissimi domini nostri pape et officialibus sedis apostolice.

Secunda, videlicet XI kalendas maii², **erit** familiariorum veterum pape mortui et illorum, qui servierunt in conclavi.

Tertia, videlicet X kalendas maii³, **erit** dominorum cardinalium et regum et dabitur personis usque ad certum numerum, qui sanctissimo domino nostro placuerit et, si^a petierint in rotulis pro pluribus personis, illis dabitur dat(a) minor ad placitum domini nostri etc.

Quarta, videlicet IX^b kalendas maii⁴, sit aliorum prelatorum et principum etc.

Quinta, videlicet VIII kalendas maii⁵, **erit** communis aliorum petentium.

Aliquando etiam papa ad petitionem cardinalium aut aliorum prelatorum et principum pro paucis illorum familiaribus vel ipsorum^c consanguineis bene **inerit**, concedere potest primam vel aliam dat(am), secundum quod sibi videbitur.

Insuper oratoribus, qui destinantur ad dominum nostrum papam pro tempore, regum potest dari prima dat(a) videlicet pro eorum familiaribus datis ordinata vel melior, secundum quod videbitur domino nostro pape etc.

¹ (1455) April 20.

² (1455) April 21.

³ (1455) April 22.

⁴ (1455) April 23.

⁵ (1455) April 24.

^a si Padova 64 sic

^b IX Padova 64 XI

^c vel ipsorum Padova 64 ipsorum vel

124.

Et tantum de regulis sanctissimi domini Calixti. Sequuntur sanctissimi domini nostri domini Pii divina providentia pape secundi. Et est finis illarum omnium regularum Calixti etc.

Extravaganten

125.

Reg. Vat. \$\$\$; Reg. Lat. \$\$\$ (nichts bei Pitz); **BL 2825**, fol. 188v-189r; **BL 2850**, fol. 178v; **VL 6343**, fol. 174r; **Paris 4172**, fol. 240v-241v.

DEPUTATIO REGENTIS PER PAPAM^a.

Calixtus episcopus servus servorum Dei^b, venerabili fratri Iohanni¹ episcopo Zamorensi referendario nostro, salutem et apostolicam benedictionem. Tue circumspectionis industriam et meritorum magnitudinem, quibus virtus altissimi ita personam tuam gratuita gratiarum largitione prevenit, ut in diversis, que ex commissione predecessorum nostrorum Romanorum pontificum gessisti, officiis te adeo sollicitum et fidelem exhibueris, ut veluti iustitie cultor et in commisso fidelis servus prudens et acceptus super negotia domini constitutus commendari merueris, digna meditatione pensantes certa fiducie pollicitatione movemur, ut etiam circumspectioni tue maiora gerenda non dubitemus officia committere^c, firma spe ducti, quod per exacte sollicitudinis tue curam in illis te talem exhibebis, ut exinde a nobis commendari mereberis et favoribus attolli benevolentie specialis. Hinc est, quod, cum officium vicecancellariatus sancte Romane ecclesie per obitum bone memorie Francisci² episcopi Portuensis prefate ecclesie vicecancellarii vacet ad presens, nos cupientes illud viro committere et in eo prefato episcopo successorem constituere idoneum, qui veluti electus ex milibus scientia et gerendarum rerum experientia edoctus timorem domini ac iustitie cultum cunctis affectibus preferat, ac attendentes, quod interim exercitum officii huiusmodi cessare non possit, te regentem dicti officii quousque alium iuxta cor nostrum eiusdem ecclesie vicecancellarium constituendum et deputandum decreverimus sive usque ad beneplacitum nostrum auctoritate apostolica tenore presentium constituimus et deputamus ac illud^d dicto durante beneplacito tibi per te veluti regentem ipsius officii regendum, gerendum et exercendum committimus, dantes et concedentes tibi plenam et omnimodam facultatem omnia et singula circa officium huiusmodi faciendi, gerendi et exercendi, que predictus episcopus ex facultatibus sibi auctoritate predicta concessis et alias ex officio vicecancellariatus huiusmodi, dum illo fungeretur, gerere, facere et exercere quomodolibet poterat seu debebat, tu igitur exercitum officii huiusmodi prompta devotione suscipiens illud iuxta datam tibi a domino providentiam sic sollicite et fideliter gerere et exequi studeas, quod exinde valeas benevolentiam et gratiam nostram et apostolice sedis uberius promereri^e. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadingentesimo quinquagesimo quinto^f, duodecimo^g kalendas maii pontificatus nostri anno primo^{h3}.

De curia.

¹ *Johannes de Mella.*

² *Franciscus Condulmer.*

³ *1455 April 20.*

Ioi4.

⁴ *Johannes de Collis.*

^a Deputatio - papam *BL 2825; BL 2850, VL 6343* Alia similis constitutio

^b episcopus - Dei *BL 2850, VL 6343* etc.

^c committere *Paris 4172* comuniter

^d illud *Paris 4172* illo

^e et meritorum - promereri *BL 2850, VL 6343* etc. prout in proxima precedenti usque ad finem

^f millesimo - quinto *Paris 4172* 1455

^g incarnationis - duodecimo *VL 6343* domini MCCCCLV XII; duodecimo *Paris 4172* 12

^h Rome - primo *fehlt BL 2850*

ⁱ De curia - Collis *fehlt BL 2850*

126.

Reg. Vat. \$\$\$; Reg. Lat. \$\$\$; BL 2825, fol. 189v-190v; **BL 2850**, 179r-180v; **VL 2508**, fol. 67v-68r; **VL 6343**, fol. 174r-175v; **Paris 4172**, fol. 241v-243v; **Druck: OLIGER**, *Zwei Bullen S. 193-195; GRAT, Etude S. 58f. Nr. 15* (nur Nr. 126Kc nach *BL 2825*).

DECERNITUR CAPITULUM „DUDUM“ DE SEPULTURIS IN CLEMENTINIS^a CONFIRMATORIUM CONSTITUTIONIS BONIFATII PAPE VIII^b, QUE INCIPIT „SUPER CATHEDRAM“, OBSERVANDUM ESSE CUM REVOCATIONE PRIVILEGIORUM IN CONTRARIUM CONCESSORUM PERSONIS ORDINUM MENDICANTIUM^c.

Calixtus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Illius licet immeriti vices gerentes in terris, cuius factus est locus in pace quique pacem ipsam iure hereditario suis reliquit discipulis in discessu, desideranter^d appetimus et operose sollicitudinis cura incessanter exquirimus, ut christianus populus vigilantie nostre commissus in tranquillitatis et quietis^e dulcedine conquiescat et potissime, ut inter ecclesiarum prelatos aliasve ecclesiasticas seculares personas nec non mendicantium ordinum professores sopitis quorumlibet contentionum et turbationum fomentis concordie et caritatis successus exuberent^f et ipsi pacis auctores^g in humilitate spiritus et sinceritate cordis libera mente famulentur. Sane licet olim super questionibus et periculosis discordiis, que inter prelatos et rectores seu sacerdotes ac clericos parochialium ecclesiarum per diversas mundi provincias constitutos ex una parte et fratres ordinum mendicantium super predicationibus fidelibus populis faciendis^h, audiendis eorum confessionibus, penitentiis iniungendis eisdem et tumulandis corporibus defunctorum, quiⁱ suam apud fratrum ipsorum ecclesias sive loca elegerunt^j sepulturam, ut plurimum suscitabantur, semovendis^k per decretalem dudum a felicis recordationis Bonifatio papa VIII^l predecessore nostro editam, que incipit „Super

cathedram¹, ac per pie memorie Clementem V^m, qui in concilio Viennensi decretalem innovavitⁿ eandem, nec non Iohannem XXII² etiam Romanos pontifices predecessores nostros^o, qui illam dumtaxat de predicatorum et minorum ordinum fratribus mentionem facientem ad heremitarum et Carmelitarum^p fratres extendens eandem constitutionem per ipsos heremitarum et Carmelitarum ordinum fratres per^d omnia voluit integraliter et inconcusse observari, salubriter provisum extitisset. Nihilominus innumerosae^r quodam modo de diversis^s mundi partibus venerabilium fratrum episcoporum aliorumque superiorum prelatorum nec non dilectorum filiorum curatorum ac parochialium sacerdotum querele contra dilectos filios predictorum^t ordinum professores clamorosis insinuationibus nostrum excitare et fatigare non cessant auditum, quod iidem fratres decretalem predictam temere^u observare non curant et illam in apostolice sedis contemptum et in animarum suarum periculum transgredi non verentur. Plerique etiam ex illis specialium^v, que ab ipsa sede in eorum favorem adversus dictam decretalem emanasse asserunt, privilegiorum, concessionum et indultorum pretexto, ne ad huiusmodi decretalis observationem compelli possint, se tuentur in eorundem^w conquerentium et ecclesiarum parochialium preiudicium et gravamen. Intelleximus quoque, quod a nonnullis ex episcopis, prelatis, rectoribus, curatis et sacerdotibus dictis fratribus contra tenorem prefate decretalis graves iniurie atque molestie inferuntur quodque ex eo, quod dicti fratres in ipsorum predicationibus^x parochianos a visitatione suarum parochialium ecclesiarum retrahentes eosdem parochianos ad visitandum^y parochiales ecclesias diebus dominicis et festivis non teneri, sed divina in ecclesiis ipsorum fratrum libere frequentare posse ac iidem fratres se fore quorumlibet parochianorum proprios^z sacerdotes, quibus in anno per ipsos parochianos omnia ipsorum peccata confitenda^{aa} sunt, et ipsi veri proprii sacerdotes, quod confessio de peccatis semel confessis dictis fratribus ad confessiones audiendas iuxta prefatam decretalem deputatis ipsis propriis sacerdotibus iteranda sit^{bb}, astruere presumunt. Inter talia predicantes et astruentes ac veros^{cc} dictorum parochianorum sacerdotes proprios frequenter scandala non absque rancoris et odii livore suscitantur^{dd}. Nos igitur^{ee}, quorum est^{ff} huiusmodi questionibus et discordiis ac scandalis et rancoris et odii fomentis ubilibet obviare et eo^{gg} diligentius interconquerentes et fratres predictos, quo illas^{hh} deteriores pretenduntur innoxias et fidelium corda scrupulosis motibus circaⁱⁱ ecclesiastica sacramenta ipsis impendenda perniciosius conturbant^{jj}, cupientes questionibus et discordiis eisdem <finem imponere> et, ut singuli,

¹ *Extravag. com. 3.6.2 = Clem. 3.7.2.*

² *Extravag. com. 5.3.2.*

quos^{kk} id contingit, in iuris sui^{ll} terminis contenti ultra debitum fimbrias suas^{mm} non dilatentⁿⁿ, presentis constitutionis irrefragabili statuimus^{oo} edicto prefatam decretalem sive clementinam „Dudum“, ut prefertur, innovatam^{pp} ab omnibus etiam per eos, ad quos iuxta premissa extensa extitit, in omnibus et per omnia iuxta illius ac innovationis et extensionis huiusmodi seriem et tenorem integraliter ac firmiter et inconcusse ubilibet etiam in urbe Romana observandam fore et observari debere, quecumque privilegia, concessiones et indulta, si que a quibusvis Romanis pontificibus predecessoribus nostris adversus decretalem et eius innovationem ac extensionem predictas sub quacumque verborum forma et cum^{qq} quibusvis irritantis decreti^{rr} ac talibus, quod illis per quasvis alias litteras apostolicas etiam^{ss} facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de illorum totali tenore mentionem aut aliis similis effectus^{tt} vel maioris cautele derogatoriis clausulis^{uu} qualitercumque derogare nequeat sive motu proprio sive quovis respectu pro quibusvis ex dictis ordinibus seu eorum domibus et locis in genere vel specie emanaverint, quorum quidem privilegiorum, concessionum et indultorum tenores perinde, ac si de verbo ad verbum etiam cum ordinum, domorum et locorum, quibus concessae fuerint, specifica et individuali expressione presentibus inserti forent, eisdem presentibus pro expressis haberi volumus, quomodolibet usu eorundem privilegiorum, concessionum et indultorum ad huiusmodi usus etiam quantumcumque continuata possessione nullatenus obsistente predicta auctoritate cassantes, revocantes et irritantes nulliusque decernentes censenda fore roboris vel momenti. Preterea assertiones, quibus dicti fratres ecclesiarum parochianos ad visitandum ecclesias diebus dominicis et festivis non teneri, sed^{vv} divina in ecclesiis ipsorum^{ww} fratrum libere frequentare posse seque proprios sacerdotes fore quorumlibet parochianorum, quibus per ipsos parochianos ad minus semel in anno confitendum sit^{xx}, cum non ipsi, sed parochialium ecclesiarum ipsorum^{yy} rectores seu vices gerentes eorundem aut alii, quibus cura animarum parochianorum huiusmodi imminere dinoscitur, proprii sacerdotes censeantur. Illis^{zz} etiam, quibus iidem proprii sacerdotes confessionem de peccatis fratribus ipsis iuxta prefatam decretalem ad audiendas confessiones deputatis^{aaa} semel confessis factam eisdem propriis sacerdotibus iterandam fore astruunt^{bbb}, ut prefertur, reprobantes fratribus et sacerdotibus eisdem, ne talia astruere presumant, in virtute sancte obedientie districtius inhibemus, volentes et decernentes, quod quicumque ex dictis fratribus et sacerdotibus talia de cetero astruere presumpserint publice vel occulte, nisi per locorum diocesanos seu eorum auctoritate moniti ab illis destiterint^{ccc}, excommunicationis sententiam incurrant eo ipso et per diocesanos ipsos, quibus super hoc plenam et liberam presentium serie potestatem concedimus, excommunicationis sententiam huiusmodi^{ddd} incurrisse

declarari^{eee} et ut tales denuntiari possint, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac exemptionibus specialibus vel generalibus tam fratribus et ordinibus predictis seu alicui vel aliquibus fratrum et ordinum eorundem quam prefatis sacerdotibus communiter vel divisim sub quacumque forma vel expressione verborum a prefata sede concessis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre sanctionis, cassationis, revocationis, irritationis, reprobationis, inhibitionis, voluntatis, constitutionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem, anno incarnationis dominice^{fff} millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto^{ggg}, duodecimo^{hhh} kalendas septembris pontificatus nostri anno secundo³. Ioiii4.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, A\lfonsus>^{jij5}.

³ 1456 August 21.

⁴ Johannes de Mella.

⁵ Alfonsus Borja = Calixt III.

^a in Clementinis fehlt BL 2850

^b VIII BL 2850 8

^c Decernitur - mendicantium BL 2850, VL 6343; VL 2508 Extravagans Calixti contra fratres circa confessiones et quartam ecclesiis debitam

^d desideranter VL 2508 considerem

^e tranquillitatis - quietis VL 2508 tranquillationis

^f exuberent VL 2508 exuberant

^g auctores VL 2508 actores; BL 2850, VL 6343 auctori

^h faciendis VL 2508 facientibus

ⁱ qui alle Hs. que

^j elegerunt Paris 4172 eligerent

^k suscitabantur semovendis VL 2508 sustentabantur semoventes

^l VIII VL 2508 octavo

^m Clementem V VL 2508 Clementis V^{ti}

ⁿ innovavit VL 2508 innocuit

^o Romanos - nostros VL 2508 Romanorum pontificum

^p VL 2508 folgt ordinum

^q per VL 2508 que

^r innumerosae BL 2850, VL 2508, VL 6343 iniuriose

^s VL 2508 folgt in

^t predictorum BL 2850, VL 2508, VL 6343 predicatorum

^u temere VL 2508 tamen

^v specialium BL 2850 specialem

^w eorundem VL 2508 eorum

^x ipsorum predicationibus VL 2508 eorum predicationum

^y VL 2508 folgt suas

^z proprios VL 2508 proprii

^{aa} confitenda Paris 4172 confidenda

^{bb} sit BL 2825, VL 2508 sunt

^{cc} veros BL 2850, VL 6343 vero

^{dd} suscitantur VL 2508 suscitentur

^{ee} igitur fehlt VL 2508

^{ff} est VL 2508 interest

^{gg} eo VL 2508 eos

^{hh} illas VL 2508 illa
ⁱⁱ circa BL 2850 iuxta
^{jj} conturbant VL 2508 perturbent
^{kk} quos VL 2508 quod
^{ll} sui VL 2508 suis
^{mm} suas *fehlt* BL 2850
ⁿⁿ dilatent VL 2508 dilatant
^{oo} statuimus BL 2850, VL 6343, Paris 4172 sancimus
^{pp} innovatam VL 2508 innotatam
^{qq} cum VL 2508 sub
^{rr} irritantis decreti VL 2508 irritantibus decretis
^{ss} etiam VL 2508 non
^{tt} effectus BL 2850, VL 6343 affectibus
^{uu} clausulis VL 6343 clericis
^{vv} sed BL 2850 et
^{ww} ipsorum VL 2508 eorum
^{xx} confitendum sit VL 2508 sint
^{yy} ipsorum *fehlt* VL 2508; Paris 4172 ipsarum
^{zz} Illis Paris 4172 Illas
^{aaa} deputatis VL 2508 de peccatis
^{bbb} astruunt VL 2508 asserunt
^{ccc} destiterint VL 2508 desisterent
^{ddd} huiusmodi *fehlt* VL 2508
^{eee} declarari VL 2508 declaramus
^{fff} Rome - dominice VL 2508 etc.; incarnationis dominice BL 2850, VL 6343 domini
^{ggg} millesimo - sexto VL 2508, VL 6343 MCCCCLVI; BL 2850, Paris 4172 1456
^{hhh} duodecimo VL 2508, VL 6343 XII; Paris 4172 12
ⁱⁱⁱ Iohannes Zamorensis *fehlt* VL 2508
^{jjj} Placet - Alfonsus *fehlt* VL 2508; Alfonsus *fehlt* BL 2850, VL 6343

126Ka. Johannes de Mella regens Cancellariam

1457, 21 mensis aprilis, mandavit cardinalis Zamorensis¹ regens Cancellariam, quod de cetero non dentur nec expediantur bulle super ista constitutione^a.

¹ Johannes de Mella.

^a 1457 - constitutione BL 2825 am linken Rand von fol. 189v

126Kb. Pius II.

Die 24^a decembris 1461^b fuerunt date infrascripte littere reverendo patri domino episcopo Narniense¹ referente^c reverendissimo p(atri)  domino cardinali de Ursinis² reverendissimo domino vicecancellario sibi per sanctissimum dominum nostrum hoc concessum fuisse ac quod id ipsi domino vicecancellario intimaret iniunxisse^e.

¹ Lellus.

² Latinus de Ursinis.

^a 24 VL 6343 XXIII

^b 1461 VL 6343 MCCCCLXI

^c referente VL 6343 referendario

^d p(atri) VL 6343, Paris 4172 p(at)re

^e Die - iniunxisse BL 2825 am oberen Rand von fol. 189v; VL 6343 vor der Rubrik von **Nr. 126**

126Kc. Sixtus IV.

Motu proprio etc. venerabili fratri nostro Si<moni>¹ archiepiscopo Antibarensi venerabilis fratris nostri Ro<derici>² episcopi Albanensis sancte Romane ecclesie vicecancellarii locumtenenti mandamus, quatenus constitutionem per felicitis recordationis Calixtum papam III predecessorem nostrum contra professores ordinum mendicantium super observatione cle(mentine) „Dudum“ [e. gr. se]pult(uris)³, que incipit „Calixtus episcopus servus servorum <Dei>. Ad perpetuam rei memoriam. Licet immeriti vices gerentes in terris“ etc., finit „Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem, anno incarnationis dominice MCCCCLVI, XII kalendas septembris pontificatus sui anno secundo“ et illius executoriales editas et ab eodem Calixto emanatas in libro Cancellarie apostolice descriptas casset penitus de eodem libro, deleat et cancellet, cum nos illas ex dictis causis per alias nostras litteras et vacaverimus et annullaverimus⁴.

Placet et ita mandamus, F<ranciscus>⁵, die XIII augusti 1472^{a6}.

¹ Simon Vosich.

² Rodericus de Lanzol-Borja.

³ Clem. 3.7.2.

⁴ = Sixtus IV. **Nr. 176.**

⁵ Franciscus della Rovere = Sixtus IV.

⁶ 1472 August 13.

^a Motu - 1472 BL 2825 am unteren Rand von fol. 189v

126Kd. Sixtus IV.

Cassata et cancellata de mandato sanctissimi domini nostri domini Sixti pape IIII, die XIII augusti MCCCCLXXII^{a1}.

¹ 1472 August 13.

^a Cassata - MCCCCLXXII BL 2825 am linken Rand von fol. 189v unterhalb von **Nr. 126Ka**

127.

Reg. Vat. 458, fol. 174; BL 2825, fol. 193r-193v; BL 2850, fol. 182v-183v; VL 6343, fol. 177v-178r; Paris 4172, fol. 246r-247r; Teildruck: TANGI, KO S. 177 Nr. 39 (nach BL 2825); Hofmann, Forschungen 2 S. 21 Nr. 82.

QUOD SCRIPTORES NON PERCIPIANT EMOLUMENTA OFFICII IN ABSENTIA^a.

Calixtus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii debitum nos imitat ac ipse rationis ordo exposcit, ut officia Romane curie exercentes, sicut ab eis emolumenta suscipiunt^b, ita illis obsequia sollicitè impendant. Cum itaque, sicut facti evidentia demonstrat, **sint** nonnulli ex dilectis filiis litterarum apostolicarum scriptoribus a Romana curia pro suis peragendis negotiis seu recreationibus^c vel alia causa sepe numero se **absentent** et interim durante eorum absentia seu ad certum tempus emolumenta officii scriptorie perinde, ac si in dicta curia presentes essent et officium huiusmodi personaliter

exercerent, concessionones et indulta a nobis hactenus obtinuerunt et continuo obtinere procurant, propter quod officium ipsum magna hactenus sustinuit, prout sustinet, detrimenta. Nos igitur, ad quos pertinet super hiis adhibere vigilantie nostre curas ac taliter providere, quod officium ipsum feliciter et taliter gubernetur, ut, qui labores sustinent, emolumenta integre consequantur, auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo statuimus et ordinamus, quod omnia et singula emolumenta dicti officii inter presentes dumtaxat scriptores equis partibus singulo mense dividantur quodque de cetero nullus dictorum scriptorum, etiamsi apostolice sedis notarius aut Palatii apostolici auditor seu clerici apostolice Camere, secretarii vel advocati consistoriales seu cuiuscumque alterius status, dignitatis, conditionis et preeminentie fuerint, pretextu cuiuscumque concessionis seu mandati per nos vel successores nostros Romanos pontifices pro huiusmodi emolumentis percipiendis sibi forsitan sub quacumque verborum forma iam facte vel etiam in posterum fiende etiam motu proprio et cum derogatione statuti et ordinationis huiusmodi extra Romanam curiam commorando emolumenta dicti officii habere possit sive debeat quoquo modo, nisi cum aliquo sedis apostolice legato personaliter accesserit seu per nos aut successores nostros pro tempore existentes Romanos pontifices pro aliqua ardua causa veraciter transmissus fuerit et etiam in casibus premissis supplicationem desuper signatam habuerit et tali de emolumentis secundum morem hactenus observatum per ipsos scriptores et non alias respondeatur, cassantes, revocantes et etiam annullantes quas-cumque licentias, concessionones et indulta super percipiendis emolumentis huiusmodi quibuscumque scriptoribus in absentia eorum - exceptis predictis - quavis causa vel occasione per nos sub quibuscumque verborum formis cum mandatis etiam ipso facto excommunicatoriis in scriptores presentes, si non responderint, hactenus concessas et etiam in futurum concedendas ac etiam decernentes scriptores ad exhibendum cuicumque absenti emolumenta huiusmodi nisi in casibus premissis nullatenus teneri et ad id per quempiam invitos compelli aut excommunicari, suspendi vel interdicti non posse ac etiam ex nunc omnes et singulos processus et sententias, censuras et penas, quos et quas contra residentes scriptores predictos propter non exhibitionem emolumentorum predictorum absentibus eisdem forsitan fieri, haberi vel promulgari nec non id totum et quidquid secus a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, irrita et inania nulliusque fore vel fuisse roboris vel momenti. Et nihilominus omnes et singuli ex scriptoribus huiusmodi, qui absentes extiterint contraque hanc nostram^d constitutionem, statuta quoque et ordinationes scriptorum eorundem pro emolumentis officii scriptorie ratione absentie eorum consequendis etiam per nostras concessionones eis per nos hactenus forsitan

factas vel faciendas sub quibusvis verborum formis vel mandatis etiam excommunicatoriis similiter a nobis emanatis vel emanandis, ut prefertur, quovis modo petendo venerint, penam periurii^e incurrant et ultra hoc etiam de eorum officii scriptorie huiusmodi emolumentis pro semestri tempore eo ipso sint privati - exceptis scriptoribus supradictis ad nostra et Romane ecclesie obsequia, ut premititur, absentibus et destinatis -, salvis tamen scriptoribus absentibus prefatis emolumentis quindecim dierum, quibus pro eorum absentia secundum formam, continentiam et tenorem statutorum et ordinationum scriptorum eorundem in attende ponuntur, cum iustum sit et rationi consonum, ut cotidiane distributiones emolumentorum huiusmodi dumtaxat inter scriptores presentes et^f in Romana curia presertim in periculis residentes et commorantes equanimiter et non absentibus distribuantur et concedantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre statuti, ordinationis, cassationis, revocationis, annulationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice^g MCCCCLVI^h, XIIIⁱ kalendas iulii pontificatus nostri anno secundo¹.

¹ 1456 Juni 18.

^a Quod - absentia BL 2825; BL 2850, VL 6343 Quod scriptores absentes non participant de emolumentis officii

^b suscipiunt BL 2850, VL 6343 suscipiuntur

^c recreationibus BL 2850, VL 6343 recreationis

^d BL 2850, VL 6343 folgt presentem

^e BL 2850, VL 6343 folgt non

^f et BL 2850, VL 6343 etiam

^g incarnationis dominice BL 2850, VL 6343 domini

^h MCCCCLVI BL 2850, Paris 4172 1456

ⁱ XIII BL 2850, Paris 4172 14

128.

Reg. Vat. 460, fol. 114; BL 2825, fol. 194r; BL 2850, fol. 183v-184r; VL 6343, fol. 178r-178v; Paris 4172, fol. 247r-247v; **Regest:** TANGEL, KO S. 177 Nr. 40; HOFMANN, Forschungen 2 S. 23 Nr. 87.

QUOD BULLE PRO FILIIS SCRIPTORUM EXPEDIANTUR GRATIS^a.

Calixtus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providentia circumspecta digna pro meritis premia recompensans illos potioris favoris gratia prosequitur, qui grata sibi et apostolice sedi obsequia impendunt et quos maioribus noverit meritis adiuvari. Sane pro parte dilectorum filiorum universorum scriptorum litterarum apostolicarum coniugatorum fuit nobis nuper expositum, quod licet in constitutionibus officii

scriptorum litterarum earundem inter alia sit statutum, quod littere apostolice pro nepotibus dictorum scriptorum gratis per omnia officia Romane curie expediri debeant et expediantur, nihilominus pro filiis coniugatorum scriptorum predictorum littere gratis minime expediuntur, cum hoc in dictis constitutionibus non fuerit expressum. Quare pro parte dictorum scriptorum coniugatorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut etiam litteras ipsas pro eorum filiis utriusque sexus expediri mandare aliasque super hoc opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod, si littere ipse pro nepotibus scriptorum eorundem gratis expediuntur, multo magis conveniens est^b, ut etiam pro ipsorum filiis gratis debeant expediri. Huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore presentium perpetue constitutionis edicto statuimus et ordinamus atque mandamus, quod omnes et singule littere gratiam vel iustitiam concernentes pro filiis utriusque sexus quorumcumque litterarum apostolicarum scriptorum nunc et pro tempore existentium natis et nascituris ubique absque ulla taxatione sicut pro nepotibus scriptorum predictorum in omnibus officiis prefate Romane curie de cetero perpetuis futuris temporibus omni exceptione remota expediantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice^c MCCCCLVII^d, quintodecimo^e kalendas iulii pontificatus nostri anno tertio^f.

Tempore G<regorii> de Puteo^{f2}.

¹ 1457 Juni 17.

² Gregorius de Puteo.

^a Quod - gratis BL 2850, VL 6343; BL 2825 Gratis pro filiis scriptorum

^b est fehlt BL 2850,

^c incarnationis dominice BL 2850, VL 6343 domini

^d MCCCCLVII Paris 4172 1457

^e quintodecimo BL 2850, VL 6343 XV; Paris 4172 15

^f Tempore - Puteo fehlt BL 2850, VL 6343, Paris 4172

129.

Reg. Lat. 719, fol. 13v; RV 466 Rubr., fol. 1v; RV 466, fol. 8r-9r; BL 2825, fol. 194v-195r; BL 2850, fol. 184r-185r; VL 6343, fol. 178v-179v; Paris 4172, fol. 247v-249r.

RODERICUS SANCTI NICOLAI IN CARCERE TULLIANO DIACONUS CARDINALIS CONSTITUITUR VICECANCELLARIUS SANCTE ROMANE ECCLESIE^a.

Calixtus episcopus servus servorum Dei^b, dilecto filio Roderico¹ sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali sancte Romane ecclesie vicecancellario, salutem et apostolicam benedictionem. Eximia tue circumspectionis industria, morum claritas et elegantia, probata bonitas et sapientia, zelus domus Dei et aliarum multarum virtutum excellentia, quibus te altissimus illarum largitor dominus multipliciter insignivit, nec non de te in arduis Romane ecclesie, cuius honorabile membrum existis, negotiis experientia comprobata spem nobis pollicentur indubiam, ut ea, que tibi commiserimus fideli et accuratissima diligentia tamquam eiusdem ecclesie Romane^c sublimis et precipua columna exequeris. Cum itaque officium vicecancellariatus prefate^d ecclesie, quod dudum bone memorie Franciscus² episcopus Portuensis eiusdem ecclesie vicecancellarius, dum viveret, obtinebat et excercebat, per obitum eiusdem Francisci episcopi, qui apud sedem apostolicam diem^e clausit extremum, diutius vacaverit^f et adhuc vacare noscatur ad presens, nos, qui dudum te in partem nobis divinitus commisse sollicitudinis evocavimus, cupientes officium prefatum tali persone committere, per cuius solertissimam et exactissimam diligentiam officium ipsum feliciter gubernetur, ac sperantes, quod datis a Deo tibi virtutibus suffragantibus officium ipsum per tuam singularem providentiam salubriter regetur ad honorem ecclesie Romane supradicte, nec non omnes et singulas gratias, collationes, provisiones, concessiones et quasvis alias dispositiones de dicto officio tamquam, ut premittitur, vel alias quovis modo vacante seu vacaturo litterasque desuper confectas et processus forsitan habitos per easdem quibuscumque personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis existant, etiamsi cardinalatus honore prefulgeant^g, sub quibusvis formis et verborum expressionibus ac cum quibuscumque clausulis etiam derogatoriis derogatoriis et talibus, quod illis nullo aut nisi sub certo modo derogari aut in eis caveatur expresse, quod gratie, collationes, provisiones, concessiones, dispositiones, littere et processus huiusmodi per alias similes vel dissimiles revocari nequeant, per felicis recordationis Martinum V^h, Eugenium quartumⁱ, Nicolaum V^j et quoscumque alios Romanos pontifices predecessores nostros seu sedem apostolicam vel alias quovis modo etiam motu proprio, ex certa scientia et de apostolice plenitudine potestatis factas et concessas, illarum omnium tenores, etiamsi de verbo ad verbum inseri deberent et insererentur, presentibus pro sufficienter expressis habentes, motu et scientia similibus ac de plenitudine potestatis predictae tenore presentium cassantes, revocantes et annullantes ac nullius roboris^k, efficacie vel momenti

¹ *Rodericus de Lanzol-Borja.*

² *Franciscus Condulmer.*

existere nullamque prorsus fidem in iudicio vel extra iudicium eis adhibendam fore vel adhiberi debere, decernentes illasque de earum registris et alibi, ubicumque reperiantur, deleri et cancellari volentes et mandantes officium prefatum^l sic vacans, etiamsi alias quovis modo vacet, cum omnibus et singulis facultatibus ad Romane ecclesie vicecancellarium pro tempore pertinentibus nec non honoribus, oneribus, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indultis, libertatibus, iuribus et pertinentiis, obventionibus et aliis qualitercumque debitis ac percipi solitis emolumentis motu simili non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate apostolica tibi auctoritate conferimus et de illo etiam providemus teque in ecclesie predictae^m vicecancellarium assumimus, creamus, constituimus et etiam deputamus, ipsius officii plenum et liberum exercitium tibi, a quo fidelitatis debite prestari solitum iuramentumⁿ recipimus, tenore presentium libere^o concedentes ac decernentes ex nunc irritum et inane, quidquid contra premissa quavis auctoritate scienter vel ignoranter per quemvis attemptatum forsitan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari, non obstantibus gratiis^p, collationibus, provisionibus, concessionibus, dispositionibus^q, litteris et processibus aliisque premissis nec non privilegiis, indultis et litteris, statutis quoque et ordinationibus apostolicis super dispositione ipsius officii, dum pro tempore vacat, per sedem apostolicam quomodolibet factis^r et editis et venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium collegio seu alicui vel aliquibus ex ipsis communiter vel divisim forsitan concessis, quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum ac nominibus, cognominibus, qualitatibus et gradibus personarum, quibus forsitan concessa sunt, specialis, specifica, individua et expressa non autem per generales aut alias expressam mentionem importantes clausulas presentibus mentio habenda foret, specialiter et expresse derogamus et derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre cassationis, revocationis, annulationis, decreti, voluntatis, mandati, collationis, provisionis, assumptionis, creationis, constitutionis, deputationis, concessionis^s, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice^t millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo^u, kalendis maii pontificatus nostri anno tertio³.

Gratis pro persona domini cardinalis^v.

³ 1457 Mai 1.

Lecta et publicata fuit prescripta bulla, die lune tertia^w novembris dicti anni⁴ ut supra, in Cancellaria apostolica mane hora Cancellarie, presentibus dominis de parco et pluribus scriptoribus et abbreviatoribus, Michael^{x5} Ferrarii mandato et iussu sanctissimi domini nostri pape. Antonius⁶ de Racaneto⁶ custos^y.

⁴ 1457 Oktober 3. Der 3. Oktober 1457 war ein Montag, der 3. November jedoch ein Donnerstag.

⁵ Michael Ferrarii.

⁶ Antonius Jacobi de Veneriis.

^a Rodericus - ecclesie RV 466 Rubr.; BL 2825 Deputatio vicecancellarii; BL 2850, VL 6343 Concessio officii vicecancellariatus

^b episcopus - Dei fehlt RV 466; VL 6343 etc.; RV 466 am Kopf auf dem linken Rand H. Ferra

^c Romane fehlt BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172

^d BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 folgt Romane

^e BL 2850, Paris 4172 folgt suum

^f vacaverit RV 466 vacavit

^g prefulgeant BL 2825, Paris 4172 perfulgeat

^h V BL 2825 quintum

ⁱ quartum VL 6343, Paris 4172 IIII

^j V BL 2825 quintum

^k roboris BL 2825 roborum

^l BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 folgt vicecancellariatus

^m BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 folgt Romane

ⁿ BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 folgt recepimus et

^o libere fehlt BL 2850, VL 6343

^p gratiis BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172 contrariis

^q dispositionibus BL 2825 dispositionibus (!); BL 2850, VL 6343, Paris 4172 dispensationibus

^r factis BL 2825 factas

^s BL 2825, BL 2850, VL 6343 folgt decreti

^t incarnationis dominice RV 466 etc.

^u incarnationis - septimo BL 2850, VL 6343 domini MCCCCLVII; Paris 4172 1457

^v Gratis - cardinalis fehlt BL 2825, BL 2850, VL 6343, Paris 4172

^w tertia BL 2850, VL 6343, Paris 4172 III

^x BL 2850, VL 6343, Paris 4172 folgt de

^y Lecta - custos fehlt RV 466

130.

RL 530, fol. 312r-313v (Bilder bestellen); RV 986, fol. 277r-283r = Bestätigung durch Sixtus IV. und Julius II.) (ev. Bilder bestellen); Druck: TANGL, KO S. 177-179 Nr. 41 (nach Ciampini l. c. 21 mit dem Quellenverweis: Registrata lib. 36 bullarum Callisti III. p. 329); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 23 Nr. 90.

Calixtus etc. Assidua nostri cordis meditatio inter cetera ad hoc vigilat, ut, que apostolice sedis officiis hactenus fuerunt deformata, per nostre provisionis ministerium reformare et in statum pristinum reducere studeamus. Sane cum litterarum apostolicarum abbreviatores sancte Romane ecclesie vicecancellario aut Cancellariam apostolicam de Romani pontificis mandato regenti in dictarum litterarum expeditione assistentes esse conveniat viros preclaros consilii, maturitate conspicuos, virtutum redimitos ornatibus, qui non solum eloquentiam et utriusque iuris peritiam, sed etiam omnium, que in Romana curia tractantur,

practicam simul habeant et in eadem Cancellaria fuerint longo tempore conversati ac supplices, minutas iuxta stilum dicte Cancellarie confecerint, quales fuerunt priscis temporibus et aliqui adhuc superstant, quorum gesta omni laude digna comprobamus, sintque nonnulli honorem praefate sedis labefactare volentes, qui licet practicam et stilum eiusdem Cancellarie non habeant, nihilominus cum omni instantia eisdem vicecancellario seu regenti assistere et in parco maiori se admitti variis modis exquisitis hactenus importune sollicitarunt et continuo sollicitant, nos igitur, ad quos pertinet super hiis opportune providere, attendentes, quod locus præsidentie eiusdem Cancellarie dexter oculus Romani pontificis non immerito appellatur et quod officium dictorum assistantium abbreviatorum in hoc potissimum consistit, nostras videlicet et pro tempore existentium Romanorum pontificum signatas supplicationes ad iustitiam et honestatem interpretari, constitutiones et ordinationes apostolicas observare et continuo precavere, ne quid per eandem Cancellariam expediatur, quod minus debitum vel honestum censi possit, ac debite recensentes nullum ad huiusmodi officium recipi merito debere, qui non sit in iis, que ad predictum pertinent officium, bene practicus et expertus et qui longo tempore in eadem Cancellaria fuerit conversatus, ad eorundem ambitiosorum compescendam temeritatem ac, ut littere apostolice secundum antiquum stilum per eandem Cancellariam accurate expediantur ac debitus ordo observetur, perpetue constitutionis edicto auctoritate apostolica tenore presentium statuimus et ordinamus, quod nullus de cetero ad huiusmodi officium recipiatur vel admittatur, nisi ut prefertur qualificatus habilis et idoneus ac per rigorem examinis publice, ut moris est, comprobatus extiterit et in prima visione per tres ac in parco minori per quinque annos ad minus steterit vel ad huiusmodi exercendum officium tam per longam practicam quam per rigorem examinis publice coram vicecancellario sit approbatus, qui tamen coniugatus nullatenus existat, cassantes, revocantes et annullantes omnes supplicationes seu mandata sub quacumque verborum forma per nos etiam proprio motu super receptione quorumcumque ad premissum officium signatas, que effectum non fuerint consecuta, ac districtius inhibentes dilectis filiis correctori dictarum litterarum nec non prefatis de maiori parco presentibus et futuris sub pena excommunicationis late sententie, quam ipso facto contrafaciendo incurrant, ne aliquem, nisi, ut prefertur, qualificatum, practicum, examinatum, comprobatum et idoneum ad huiusmodi officium admittere ac aliis abbreviatoribus litterarum earundem extra predictum parcum maiorem pro tempore existentibus, cuiuscumque gradus et conditionis existant, ut sub eadem excommunicationis atque privationis abbreviatorie et aliorum, que exercent officiorum penis, quas similiter contrafaciendo incurrant ipso facto, ne contra statutum et ordinationem huiusmodi se ad dictum officium recipi

et admitti per se vel alium seu alios quoquo modo procuraverit, decernentes correctorem et ipsos abbreviatores de maiori parco ad recipiendum aliquem, nisi, ut premittitur, qualificatum, practicum, examinatum, comprobatum et idoneum ac nisi necessitate exigente, videlicet cum in ipso parco minus quam decem vel duodecim forent, non teneri nec ad id etiam pretextu litterarum vel mandatorum apostolicorum etiam a nobis vel a sede predicta sub quavis verborum forma pro tempore emanandorum compelli posse quoquo modo, etiamsi statuto et ordinatione premissis foret motu simili et ex certa scientia specialiter et expresse derogatum, irritum quoque et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, quinto kalendas aprilis anno tertio¹.

De curia.

P. de Varris².

¹ 1458 März 28.

² Petrus de Varris.